ennium omninò absolvendam praventibus injun-
gimus, praecipientes ut Census hujus fundi eo
fini ab antiquo provide destinatus a prafata fun
ctione quidem servetur, nullis tamen alys usi-
bus, nisi conservandis et purgandis his fos-
sis nunc et in avum impendatur, praterea colle-
cta spontanea, et grossus ex qualibet pertica
hactenus proprietarys impositus, ulteriùs idq;
tamdiu continuetur, donec tandem absoluto

intra

intra biennium toto opere, eoqȝ. post Obdu=
ctionem Deputatorum Ordinum pro perfe=
cto recognito, extraordinaria hae Subsidia ce=
vare, et ordinaria Reparationum Annuali=
um expensa ex destinato Consvetorum Cen=
suum fundo sufficere poterunt, eo simul pra=
cauto, ne pecora ryppas Fossarum destru=
ant, neqȝ etiam immunditia ulla in fossas
immittantur. Ut denqȝ pro meliori Or=
dine quovis annô obductio Fossarum per
functionem Wallgebaude dictam cum pro=
curatione instantanea promptorum contra
inventos forte defectus remediorum in futu=
rum fiat.

Cum hodierna Commerciorum, Civium
ac Incolarum Gedanensium Conditio o=
mnino requirat ut Plebiscitum Civitaten=
se vulgò Willkühr multa incerta, antiqua=
ta, aut minus applicabilia continens ab
Ordinibus revideatur, corrigatur, ac supplea=
tur, proinde Ratihabentes Deputationem vigo
re Conclusi d. 29 Marty 1749 huic labori
destinatam sancimus, ut Plebiscitum Leges
domesticas perpetuitatem sapientes, moderno
rerum Statui accomodatas in se continens
per prafatam Deputationem, non exclusis
tamen Contubernys Capitalibus plenarie per=
ficiatur, Ordinibusqȝ ratihabendum tradatur,
qua Omnia ad Summum intra Unius Anni
spatium absolvi, accedente Confirmatione No=
stra

Plebiscite revisio.

stra roborari, et typis deinde publicari de-
bent, non abrogando tamen facultatem vci-
scendi Plebiscita Privilegio Casimiriano
Civitati competentem.

Approbantes Ordinum Conclusum
d. 11 Augusti Anni proxime elapsi ratione
recludendorum testamentorum demandamus
ut Omnia testamenta nondum aperta in-
de ab Aº 1720, Si Testatores fatis jam vint
functi usqȝ ad annum 1650 retrogradiendo-
spatio unius Anni sub pœna Mille Hunga-
ricalium a Judicio Civili bannito resignata
publicentur, Legataqȝ et Fundationes ad pi-
as Causas summa fide consignanda, de-
stinationiqȝ sua omnino vindicanda Ordi-
nibus extradantur. In futurum verò qua-
vis Testamenta ad scrinia Judicij reposita
post elapsas a morte Testatoris Sex Se-
ptimanas aperiantur, et piarum Fundati-
onum exactissima ratio, prouti in Omnibus
cta et in eo habeatur, ut pia Corpora in po-
sterum in perceptione Usurarum vulgò Provi-
sionum de Sortibus Camera, fundoqȝ subsidi-
aria pecunia mutuo datis Jure prioritatis
fruantur.

Testamenta occlusa aperiantur

Prospiciendo non solum bono Civitatis Coæquatio Modio-
sed etiam Rei, volumus ut Conclusa Ordi- rum
num d. XXVI Marty, et IX May Anni pra-
teriti ratione coæquandorum modiorum fa-

cta

facta omnino ante defluitationem Anni proximè futuri effectum plenarium cor: tiantur. Itaq; omnes mody sint uniuus ejusdemq; altitudinis circumferentia et Mensura, serventur ab Officio Generali, ys solum modo Mensores utantur, reditus inde Camera inferantur, ad mensurandum verò nonnisi Jurati adhibeantur, et ad explenda Juramenta non obstante quacunq; exceptione adigantur.

Exactio Portory.

Magistratus Consulares sub Amissione Privilegy administrationis Portus et Maris Regalis Nri eminentissimi, nec non Præfecti Portory sub vinculo Juramenti provideant ne in posterum ulla Navigia a Portorio debito sint immunia vel Thesauro Nro ex negligentiâ illius exactio ne quidquam decedat. Quod si verò hac ratione difficultates quædam aut impedimenta occurrent non intermittant de eo ad Nos confestim humillimè referre, et Mandata Nostra præstolari.

Mennonistæ

Injuriâ et detrimento Fidelium Civium Nostrorum nec non violatione Juriuum et Privilegiorum justè ipsis competentium omninò evenit, quod Mennonista prærogativas pra alicnigenis cujuscunq; Nationis majores hactenus usurpaverint. Tale Jus ipsis nunquam asser: potuit

tuit ex Rescriptis et Privilegyis ad quæ pro=
vocantur quibusvè inniti volunt. Nam Par=
tium vitio sub et obreptionis laborant, quod
inde etiam intelligi datur. Cum Privilegi=
um Sigismundi III ne quidem mentionem
eorum facit, partim per se sunt nulla, et irri=
ta, quippe Leges Rni, et Jura civitatis funda=
mentalia, Mennonistas omnium Privile=
giorum incapaces enuntiant. Quemadmo=
dum ergo summatim eo respicimus, ita
imprimis reassumimus Ordinationem Pri=
vilegy Casimiri de Aº 1457 ordinatt. Si=
gismundi I de Aº 1526 Verbis: Permitti=
mus autem Stephani de Aº 1585. Vladi=
slai IV de Aº 1644 Pacta Conventa §
Contra Mennonistas Plebiscitum Gedanen=
L. 3. C. 2 § 1. volentes ut allegata a Men=
nonistis in Contrarium Privilegia et Rescri=
pta, quæ reponibilia esse declaramus, pro
sub et obreptys, et nullis habeantur, tan=
tumqȝ abest, ut ab ullo debeant observari,
ut potius, Consulatum, Scabiniatum, et Ter=
tium Ordinem jubeamus, Mennonistas adi=
gere, et pro re nata adhibitis remedys coacti=
vis adstringere, ut non amplius audeant in
civium prærogativas, et Privilegia temerè invo=
lare, sed illis semet ex asse potius submit=
tant, Eum in finem Imo Ipsis non sit in=
tegrum Mercaturam, et Opificium simul exer=
cere. 2do Materialia, quæ Negotiationi Ipso=

rum

rum, aut Opificio inserviunt, quocunqs Nomine veniant, non sibi Ipsi advehenda curent, sed emant a Civibus. 3tio. Merces alibi confectas venum non exponant, sed volum ve fabricatas, easqs per petias vulgo im gantzen Civibus tantummodo vendant 4to Mennonistis autem, qui Limbulary vulgo Bortenwürcker vocantur, ut ad dies vitæ artem suam exerceant, permittimus. quo vero provisionem Mercium suarum sine damno distrahere possint, eas etiam exteris hominibus per petias divendere, ex Singulari Clementia Nrã ad Quinquennium duntaxat indulgemus, ea sub Conditione, ut quo ad reliqua se intra terminos supraprascriptos contineant. Itaqs Contubernium Limbulariorum non amplius obligetur recipere Mennonistas, ut Rudimenta apud Ipsos ponant, aut Contubernales fiant, idqs sub pœna Mille Hungaricalium fisco Nro inferenda: Illi verò, qui ante hanc Nrãm Ordinationem Rudimenta jam intrarunt, et in numerum Discipulorum recepti fuêre pro hac sola vice in Consortium Sodalium exacto suo tempore recipiantur, et ex libro Rudimentorum more Consueto exscribantur, ita tamen, ut renuntiati ex Singulari hac Clementia Nrã Sodales sub eo prætextu ad Magisterium in Curtate Nrã Gedanens nul-

latenus

latenius admittantur, ad hæc vancimus ve=
rio, ut Ordinum Conclusa d. 23 July et 15. O=
ctobris Anni proximè præteriti ad actualem
executionem deducantur.

Cum Statuta Civitatis Possessiones Fun= Qui fundos Civitatis ac=
dorum solis Civibus asserant, fiat connota= quirere pos=
tio illorum, qui intra vel extra Moenia in Con= sint.
trarium Mennonistis in libris Fundorum vul=
go Erbbücher adscripti sunt, ut caveri possit, ne
abusus ultra præsentes Possessores continuetur,
quo fine etiam illos, quos Jure emptionis, pi=
gnoris, Successionis, alioqui titulo acquisivêre, sub
pœna Confiscationis intra trium Mensium spa=
tum indicabunt.

Quoniam Consulatui, tanquam Magistra= Privile=
tui Civitatis primi, et Boni Ordinis custodia gia produ=
et executio Legum publicarum, ac Jurium Civi= cenda.
tatensium primariò incumbit, Sedulus ergo at=
tendat, ne quisquam sub prætextu obtenti Pri=
vilegy, aut sub alio quocunqi colore Civitati, Ci=
vibus Nostris, eorumqi Juribus quæsitis fiat
præjudicium. Quod si talia seu clam seu pu=
blicè attentari eidem denuntiatum aut com=
pertum fuerit, vine omni mora peridiis in=
quirat Productionem Privilegiorum, ad quæ for=
te provocatur ex officio demandet, Causam cum
Ordinibus communicet, et quidquid Juri Com=
muni aut Civitatis adversari deprehenderit, No=
bis pro obtinendis promptis remedys humil=
limè exponat.

Quandoqui=

Alienige-na et non Cives

Quandoquidem relatum est, contra Privilegia, et Statuta Civitatis, signanter Privilegium Casimirianum de Ao 1457 adeoq; cum maximo detrimento Civium alienigenas, et non Cives Jure fluminum et viarum mercandi Causa uti, focis, et domibus proprijs gaudere, suas libras et pondera instituere, negotia, facultatem Merces suas in integris petys et portionibus vulgo im gantzen veneendi se continere, sed illas per ulnas, et minutatim distrahere, contra expressum Privilegiorum et Statutorum Civitatensium tenorem, sanximus ergo, districteq; precipimus, ut Conclusa Ordinum de 26 May 1625, et 23 July 1749 facta, tum Magistratus Ipse, tum, etiam et quidem potissimum Judicium Censorium ad realem executionem deducat, sicq; omnimodam executionem deducat, sicq; attendat, ne alienigena contra tenorem dictorum Privilegiorum et Conclusorum in Praejudicium Civium Commercia exerceant.

Defalcatio vulgò Bürgerbestes

Ad promovenda Incrementa Commercio-rum utilitatem Mercatorum, et florem Ipsius Civitatis soli Ades beneficio defalcationis 10-pro Centum vulgò Bürgerbestes in Adificio Emporetico vulgò Packhauß prater solitam defalcationem vulgò Tara, circa estimationem Mercium fruantur, exclusis Mennonistis, non Civibus, et alienigenis, nisi alienigenis illud publicis Conventionibus promissum et assertum fuerit, quas tamen Conventionics forte jam factas ex singulari Gratia

Nostra

Nostra quidem manutenemus, ne tamen in posterum vnie praxitu Nro, et in prejudicium Reditnum Nostrorum fiant, verio, et sub nullitate ejusmodi Conventionum inhibemus.

Proxeneta Mennonista

Quod Mennonistis Officia Proxenetarum vulgò Macklerambt collata fuerint, eo magis improbamus, cum et per leges exclusi sint, et Juramenta conveta non prastent, imò Civibus in eo valde sint prajudiciosi, quod commerciorum commoda sua Secta Hominibus solus concilient alios pratereant et negligant. Quo circa manutenendo Ordinum Conclusum d.d. 11 Augusti 1749 volumus, ut Mennonista ab Officio Proxenetarum sub pana Mille Hungaricalium instantanee removeantur, et in futurum nunquam sub nullitate nominationis et pona Mille Hungaricalium ad illa promoveantur. Et quoniam conveta Juramenta a Proxenetis, alysqs beneficiarys prastanda, modernis temporibus rationibus, minùs accomodata dicuntur, proinde Magistratus cum Consilio reliquorum Ordinum quàm proximè curabit, ut ea hoc in passu statuantur, qua valutes communis exigit ratio.

Facultatem Negotia Civilia exercendi solis Civibus actualibus competentem Incolis Villarum Ohra, Stadtgebiethe, et Schiedlitz signanter Mennonistis ibidem locatis rectè negari sancimus, proindeqs approbando Conclusum Ordinum d.d. 11 Aug. 1749 et Edictum 10 Novembris Anni Ejusdem publicatum, verò

Negotia civilia in Villis Ohra Schiedlitz & Stadtgebiethe

serio statuimus, ut nemo sub quocunq; prætextu ejusmodi Ordinationibus contraveniat nec Magistratus per alios illis contravenire permittat.

Navigatio aperienda et claudenda

Quando quidem Civitati Nrã Gedanensi adeoq; Omnibus Ordinibus, Civitatem repræsentantibus inhærendo Privilegio D. Casimiri Regis, et Antecessoris Nri de Ao 1457 necnon Ordinationi Portory inter alia Juris maritimi, fidei et officio eorum concrediti, Capita Jus, „navigationem non sola tamen propria sua voluntate Sed cum Consensu et Authoritate Nrã Regia aperiendi et claudendi concessum est, facile quidem illud salvum servandum esse decernimus, ea tamen conditione, ut Magistratus nec sine Nro expresso Consensu, nec sine Ordinibus sibi soli ut plerumq; evenit facultatem hanc sub ullo prætextu vindicet, quin potius cavendo infractionem Jurium Nostrorum Regalium maturè cum Ordinibus super hoc puncto conferat, et sensum eorundem ad Nos debite referat.

Calculatores et Præfecti Aromatum

Respectu querelæ de Calculatorum vulgò Schiffabrechner et Præfectorum Aromatum vulgò Gewürtz Capitains aut aliorum ejusmodi Beneficiariorum depactationibus districte præcipimus, ut Collegium Commerciorum intra sex Menses aliquem modum, Ordinem et taxam delineet, secundum quam dicti Officiales sine necessitate aperta nul-

ladenus

latenus augendi quin potiùs quantum da-
tur, imminuendi, in exactionibus suis pro-
cedere tenebuntur. Magistratus verò quoscunq;
depactatores severè coerceat, eosq; ad nudam
lasa partis denuntiationem praevia debita
satisfactione ex Officio rigorose punire nonin-
termittat;. Praterea Officialibus ex Reditu
Pro Portory sustentandis signanter moder-
no Visitatori Primario Bonhorst dimidietatem
Salary, et emolumentorum pro praterito, & sub-
sequentibus annis nullatenus arrestet, aut
aliquid defalcari permittat, sed si opus fuerit,
de eo ad Nos ut par est omnia referat.

Salaria Officialium Portory

Inhaerendo Privilegio Incorporationis de
Ao 1454 et responso XLIX Sigismundi Au-
gusti de Ao 1552 Consulatüi, et praecipuè Ad-
ministratoribus Nehringk interdicimus,
participare de Bonis Naufragorum potesta-
tem illa colligendi, reservando proprietarys,
absq; alia diminutione, quam qualem pro
adhibitis operis promiserint

Bona Naufragorum.

Sequestratorium Das Lagerhauß tam ad
coercendas, negotiationes non Civium cum ex-
traneis, quam ad impediendas defraudationes
Portory commodum videtur, Ideo Ordines de
eo quantocyus conveniant, et communi Con-
silio ac Consensu ad effectum deducant, qua
Tertius Ordo hoc fine in Deputatione & po-
stulatione vulgò Einbringen d.d. 18 July
Anni praeteriti proposuit.

Sequestratorium.

Proxeneta suburby

Proxeneta vulgò Probenträeger in fun=
do Civitatensi extra Civitatis Moenia ma=
gno numero constituti conserventur, quidem
moderni Omnes ad dies vita, nonnullis verò
vita functis eorum numerus ad decem nec
plures restringatur, gratis tamen constitu=
antur, habeantq; facultatem, probas frumen=
ti portandi in Urbem, et Juramento adstrin=
gantur, ne probas ejusmodi ad Jurisdictiones
Civitati exemptas deferant: Incolæ Villarum
Civitatis iterato edicto obligentur, ut sua
frumenta ad Civitatem advehant, et ibidem ven=
dant, Ordinibusq; commendatur abrogare Ga=
bellam trium grossorum a Plaustris eum ob=
noxia deterrentur Urbem ingredi.

Solvendum

Litera Commeatus Judæorum.

Ut omni ratione Reditibus Civitatis
justeq; Mercatorum Cœtum prospiciatur in=
demnitati mandamus Ordinibus, ut modo de
quo d. 3. Septembris Anni præteriti inter Or=
dines agebatur, in posterum Litera Commea=
tus Judæis dentur, et hæcce Reditus Civita=
tis nullâ alia ratione administretur, Consu=
latus quoq; pro Officij sui debito disposition=
nem hujusmodi ad requisitionem Camera
Accisarum tueatur, et promoveat, Præses
verò Civitatis pro tempore emolumento Mille
florenj ex tributo Judæorum sit contentus,
et in posterum Litera Commeatus Judæ=
orum a se Ordine numerorum subscri=
ptas Camera Accisarum distribuendas tra=
dat.

Judæorum

Iudaorum Proxeneta non aliter quam supra expressum tolerari, ac Iudaorum, aliorumq; Nocivorum Circumvagationes in Villis, Fundisq; Curtatensibus nec non illicitas Convillanorum negotiationes in Præjudicium Civium hactenus attentatas, omninò cessare debere prouti, Ordines Civitatis jam inter se convenêre, et Edictis publicatis vancivêre, ita approbando hæc omnia vancita verio mandamus ut, Magistratus vigilanter Administratores quorumcunq; Bonorum et fundorum Curtatis non tantum sub pœna Centum Hungaricalium et omnia majori quam hactenùs cura, ad executionem suam omnimodam deducant, sed et Civibus Mercatoribus, ac Opificibus libera sit potestas quoscunq; circumforaneos, aut vagabundos sibi præjudiciosos partim mediante forti brachio, a Magistratu semper decenter requirendo prosequi et inventos cum Mercibus "suis" pro extendenda promerita pœna ad Officium competens deducere, partim etiam deprehensos inopinato, et clanculum subrepentes vel per se vel per subordinatas personas etiam propter fugæ, aut occultationis periculum sine ope Ministerialium illico detinere, detentosq; ad Magistratum pro tuendis panis deferre. Proxeneta Iudæorum Circumforanei.

Ratione Propolarum hactenùs admissorum confirmando ea, quæ die 21 July Anni præteriti in Deputatione Ordinum communi Consensu Propolia

venru. statuta fuerunt, sancimus et ordina=
mus, propolia Legibus Provincia, et Ipso=
Plebiscito Civitatis prohibita, simpliciter ab=
roganda, Concessiones desuper datas cassan=
das, neqs in posterum a Praside Officy Censo=
ry sub quocunqs pratextu cuiquam dandas,
esculenta verò ad Civitatem seu Terrã, seu flu=
vio allata non ultra triduum Plebiscito pra=
scriptum venum exponenda, eoqs termino=
efluxo, Merces que non vendita sunt, ne=
quaquam in adibus, vel Cellis aliorum depo=
nendas, sed a Venditoribus Domum referen=
das esse, qua omnia Judicy Censory execu=
tioni demandantur.

Judicium Censorium

Quantum verò attinet ad Ipsum Ju=
dicium Censorium, illud circa formam an=
tiquam, Decreto, et concordatis stabilitam,
ex hac etiam praecipue ratione conservamus,
quoniam Recursus "a pes.oribus" in Causa dubia ad Or=
diniem suum tenore Concordatorum de Ao
1678 non competit tantum sed planè in=
cumbit, neqs Causa Summaria prolixis re=
mediorum ambagibus protelanda sunt. Re=
mini verò Civium per Vexam Lis intente=
tur in Jus autem vocato, Loco Procuratoris
Concivem, qui illi assistat adducere liceat,
Praides hujus Judicy Causas graviores Co=
gnitioni sua privata non vindicent, nec ul=
tra praescriptum Plebisciti in exigendis mul=

tis

ctis rigore utantur. Instigatores Juramen=
to obstringantur, ve Causas ad Judicium
Censorium spectantes non ex arbitrio voli=
us Praesidis, verùm cum praevitu etiam Ju=
dicy ad normam Legum et Conscientiæ pro=
cul habito favoris, Ody et commodi privati
studio acturos, et promoturos esse, Quod si
verò ad nudam delationem malevolorum
nulla adducta demonstratione, vine verifi=
catione inculpationis innocentes temere ac=
cusando, vel levissimis erroribus Criminis re=
atum tribuendo in probatione defecisse, adeoq;
famam et existimationem Civium bonorum
lasisse deprehendantur. Omnino ad satis fa=
ctionem Parti læsæ præstandam adstringan=
tur, atq; pro Circumstantiarum Gravitate eti=
am mulcta, vel privatione Officy puniantur.

Respectu Leguminum per Agricolas, et Convillanos in Præjudicium Mercatorum nimia ut asserunt licentia hactenus vendi= torum provpiciendo, et indemnitati Mercato= rum et necessitati publicæ ordinamus. Ut in futurum Villanis licitum sit tribus diebus nempe die Luna, Mercury, et Sabbathi per Septimanam Legumina sua, exceptis tamen pane et farina in foris Holtz Kohlen, & Fisch Marckt, aut ante Carcerem Stock di= ctum, usq; ad horam XI antemeridianam cuilibet etiam minutim vendendi. Cum ve= ro præterea Mercatores de noviter erectis

Legumina

in

Taberna Mercatoria vulgò Krahmbuhden.

in primarys Civitatis locis tabernis Mercatorys vulgò Krahm Buden sibi multum praejudiciosis eo justus consequerantur, quod per ejusmodi tabernas, nimium jam multiplicatas pretia lapidearum tabernis Ordinarys instructarum, et ita Quastio suo debito carentium multum imminuantur, plateasumq; ac pontium transitus impediantur, proinde prafatas Tabernas Mercatorias vulgò Krahmbuhden ubicunq; locatas, signanter ante Curiam vulgò Artus seu Junckerhoff omnimodo abrogandas, et intra sex Mensium spatium tollendas esse jubemus, exceptis solis illis tabernulis promercialibus, quas actuales Cives aut eorum vidua, pupillig alia forte ratione sese sustentare non valentes pro exponendis Mercibus suo labore fabricatis et paratis ab antiquo et ex praseripto Statutorum Contubernalium vulgò Rollen habere consueverunt. Qua occasione simul Judicio Nro Civili bannito seu Collegio Scabinali verò injungimus, ut Sessiones suas Solemniores in Curia Artus seu Junckerhoff pro more celebrandas, aut incipiat aut absolvat citius, quam hactenus factum est ne Mercatoribus ab hora XII^ma^ usq; ad primam Conventus suos in Curia hac Mercatoria habituris necessaria Commoditas praripiatur, et impediatur, neve etiam per inevitabilem concurrentium Mercatorum aliorumq; hominum strepitum sedata Judiciorum interrumpatur Solemnitas.

Cupientes

Collegium Comercio=rum

Cupientes Negotiationes et Commercia omni meliori modo sublevari, promoveri et ad Statum florentissimum evehi, id nec aliter nec melius assequi possumus, quam ut Causa Commercia concernentes a Viris, Mercatura peritis summario processu non attentis Juris apicibus, amputatisq; protellationibus, et Subterfugys Causidicorum ex aequo et bono secundum praxim inter Mercatores receptam exemplo reliquorum Emporiorum decidantur. Sancimus itaq; ut Collegium Commerciorum in futurum constet Duabus personis ex Ordine Consulari, totidemq; ex Scabinatu, quarum tamen una, ex quovis Collegio primi et Secundi Ordinis Mercator esse debet a suis Collegys deputandis praterea quatuor Mercatoribus ex totidem Quarterys tertij Ordinis nec non alys quatuor Assessoribus ex numero Mercatorum reliquorum prudentia et experientia praestantibus per Mercatores nominandis, et a Magistratu approbandis, cui Collegio facultas competat non tantum Controversias respectu commerciorum intercedentes breviter et per summarium processum dirimendi, dummodo quatuor ad minimum ex Octo Tertij Ordinis, d Mercatorum Deputatis adsint, salvaq; appellatione a Summa Mille florenos in Causis privatis ad Consulatum admissibili, sed et alia, quae ad incrementum et florem commerciorum spectant tractandi, curandi et

ordinandi

ordinandi. Committant verò Ordines Commerciorum Collegio indilatè, delineare Ordinationem ad summum in spatio Unius Anni sub pœna Mille Hungaricalium contra illum Ordinem irremissibiliter extendenda, qui institutum optimum protelaverit, qua Ordinatione Collegy dicti authoritas et competentia procedendi modus Causarum ad Cognitionem illius devolvendarum Natura, aliaqs necessaria et utilia luculenter et accuratè describantur, et definiantur, quo facto et ex vensu Ordinum peracto, Ordinationem hanc intercedente confirmatione Nrā typis publicatam ad omnium Notitiam deducendam esse mandamus.

Litera Moratoria

Sub privatione Officy Præsides Civitatis usurpatione potestatis Regiæ, Responso XXII Sigismundi Augusti, et Ordinatione Portory prohibita, facultatesqs literas moratorias largiendi in posterum abstineant. Committimus tamen Officio Præsidentali Authoritate Nrā Regia, ut eos, qui Creditoribus suis satisfacere non valent, consequenter clementia, et sublevatione Nrā Regia indigent, ad factam imploratationem tamdiu ab impetitionibus Creditorum suorum ex Officio nihil eo nomine exigendo, protegant, donec Literæ a Nobis moratoriæ, et quidem ad mentem Ordinationis Portory requiri, et impetrari possint.

Revisio-

Revisionem Ordinationis in Bancy ru= ptores quantocyus faciendum eo lubentius statuimus, quod Omnes Ordines ejus correctionem necessariam esse judicaverit. Committimus ergo Collegio Commerciorum, ut Authoritate Nrâ Regia Ordinationem Novam ad meliorem Negotyscp Mercatorys magis utilem formam exemplo aliarum extranearum ac bene digestarum ejusmodi Ordinationum redactam intra annum consignet, quam deinde ab Ordinibus ratihabitam Nos authoritate Nrâ confirmabimus.

Reversio Ordinationis in Bancy ruptores

Forum Promercale Vendette dictum ad mentem Statutorum et Plebisciti praecipue autem declarationis Consulatus d. d. 10 Februarij 1677 Contuberny facta sequenti modo reformetur.

Forum Promerciale Vendette

1mo Ut extraneis in aliena Jurisdictione tam intra, quam extra Civitatem habitantibus non sit facultas quidquam ibi venum habendi, et exponendi.

2do Incola Jurisdictionis Civitatensis non Cives adstringantur Jus Civum acquirere, si ibidem gaudere velint facultate venundandi.

3tio Itaqs Civibus duntaxat liceat res obsoletas ibidem Promercales habere.

4to Res novae a non Civibus vagabundis vulgo Boenhasen elaboratae, aut novae Merces alibidem venum expositae confiscentur, medietate illarum officio, altera verò Contubernio de Lege adjudicanda: In quem finem duo

Inspectores

Inspectores ex Societate Mercatoria, et duo ex Contubernijs quovis anno constituantur, quibus fas erit tabernas promercales vulgò Verdetterbuhden per Consulatus Ministeriales, qui tenore Plebisciti ad primam requisitionem non expectato ulteriori Magistratus Mandato prompti adesse tenebuntur, visitare, Merces novas inventas arrestare, & ad Judicium Censorium pro Cognitione ulteriori deferre.

Quæstus in fundis alienæ Jurisdictionis

Ut illegitimus, et præjudiciosus quæstus in Jurisdictionis, tam intra, quam extra Civitatem in fundamento Privilegiorum Jurium fundamentalium, Conventionum ac Decretorum tollatur, aut saltem pro rerum Circumstantia cohiberi, et minui possit, Nobilis Consulatus procul habito studio privatæ utilitatis cum Consilio et auxilio Ordinum serio et incunctanter Jura Civitatis vindicet, tueatur, et si opus fuerit ad Nos recurrat.

Conservatio & reparatio Portus ac Vistulæ

Quum Mercatoribus Navigatio præ alijs cura, cordiq; sit, Tertius Ordo quoq; negatum antea continuandæ taxæ Ne Groschorum de quavis Lasta Navibus vel advecta, vel evecta Assessum suum nunc præbuerit, proinde cura Conservationis, et reparationis portus æque ac Vistulæ functio, conjunctâ sub præsidio unius Consularis literati rei hujus benè gnari, Mercatoribus salva decisione Ordinum in casibus arduis, et quoties secum dissenserint, committatur. Ut hæc omnia verò majori successu

et sine

et sine dispendio publica pecunia fiant quidam artis hydraulicæ et Architecturæ fluvialis peritus intra anni spatium conducatur.

Ut Administratio Cameræ secundum tenorem concordatorum peragi, et augendis reditibus, expensisq; minuendis opera dari possit, præcipimus ad actualem observantiam sine mora, et absq; difficultate deduci, perpetuisq; temporibus robur retinere sequentia media, Nimirum. Administratio Cameræ

1mo Ut eadem, qua hactenus in exigendis pecuniis subsidialibus vulgo Hülffs gelder observata per ipsam experientiam satis probata, bonoq; publico convenientissima adinventa est dispositio circa Administrationem redituum Camera locum inveniat.

2do Non quatuor sed Octo ex Tertio Ordine deligantur assessores, ut eo commodius alterna vice alius post alium, adeoq; eorum unus continuo adsit, qui pecunias provenientes computet, custodiat, et sine praescitu suo nihil expendi faciat, cum hac tamen restrictione, ne hac dispositione sumptus, ratione emolumentorum, hucusq; assessoribus obvenientium augeantur, neq; in Conventu functionis Cameralis more antiquo ultra quatuor votum et Sessionem, salvo tamen in dubijs recursu ad Collegium suum actualiter habeant.

3tio Liber Capitalis Haupt Buch conficiatur, in quem Omnes reditus referendi, quo Assessor omnia quasi uno intuitu introspiciat, reditus perceptos cum Calculis percipiendorum conferat, et subductis subducendis

zu

in Librum suum vulgò Casper Buch transferat

4to Arcario Camera vulgo Cassierer pecunias quidem, praesente assessore recipere, et numerare, non verò de illis privata authoritate disponere, earvè in Custodia sua asservare licitum sit.

5to Omnes Proventus a Functionibus Insula Stüblavensis, Nehringa, et Fundorum montanorum illata statim in Arca Camera reponantur, et in Libro Cassa distinctim et articulatim connotentur,

6to Expensa Ordinaria, nonnisi consentiente functione et debus praefixis extraordinaria verò majoris momenti, praevia Ordinum informatione exsolvenda.

7mo Adificationes sumptuosiores sine praescitu Ordinum non suscipiantur, si verò consenserint ad parcendum sumptibus Fabrica per Contractum sub determinato pretio operarys committatur.

8vo Ut defraudationes eviteutur, unus assessorum in peculiari libro Ligna, Lateres, Calcem, aliaq; ad adificandum necessaria articulatim et specificè consignet, nec non quanti coempta, et in quem usum adhibita fuerint, annotet, quae a functione adili Camera et Cortatene vulgo Dem Cämerey und dem Stadt Bau Ambte exequenda.

9no Apocha vulgò Quietantia non a Camerario Domi, sed in consessu, et de Consensu functionis subscribantur, favòre, et studio Partium procul habito juxta Ordinem verò subscriptionis numeris distinguenda solvantur exceptis

tamen

tamen pys Corporibus et fundationibus, qua Omnibus in Solutione praferri debent.

10. Cum aliquo Artifice annuus ineatur Contractus, ut minori sumptu et melius in Armamentario necessaria reparari possint.

11mo Circa Administrationem Molendinorum Ejusmodi dispositio fiat, ex qua reditus Civitatis majora capiant incrementa, ut ineant Ordines Consilia, an non è re Civitatis fuerit, ea plus offerenti per Contractum Arendatorum elocandi.

12mo Abrogentur omnino cassa particulares reditus omnes in duas nimirum Camera et pecuniarum Subsidialium Areas Capitales conferantur. Hac enim ratione obviari poterit multifarys abusibus et pecunia publica in supervacaneorum Officialium Salaria inutiliter non expendantur.

Quemadmodum rationes Camera non intelligi aut subduci possunt, nisi reliqua Cassa vve Arca publica propter relationem et connexitatem, qua inter illas et Cameram intercedunt, examinentur, et rationes illarum reddantur, ita reassumendo Leges positivas praesertim verò Ordinationem D. Sigismundi de Aõ 1526 concordata de Aõ 1659. Decretum D. Joannis III de Aõ 1678 et Concordata Ejusdem Anni vancimus, ut vine effugys, aut ulla renitentia coram Nobis vel Commissarys, qualicunqs tempore necesse visum fuerit de Omnibus ac Singulis Proventibus, et expensis absqs distinctione vel exceptione alicujus functionis: calculus et rationes, et quidem in loco Nobis, vel Commissarys Nris benè viso praesentibus Ordinum Deputatis

Rationes Reddendæ

reddan-

reddantur. In posterum verò quovis anno coram Delegatis Trium Ordinum rationes perceptorum, et expensarum reddantur, et nonnisi previo sufficienti examine approbentur.

Revisio Sylvarum

Ad publicam utilitatem promovendam Ordinibus demandamus, ut quantocyus designent, et eligant Deputatos, qui adhibitis Mercatoribus, fabris Lignarys, alysq; rei Oeconomica peritioribus revisionem Sylvarum in bonis Civitatis montanis instituant, earum statum describant, quanta Summa ex Venditione Lignorum ærario inferri, agrorumq; cultura annuis reditibus Civitatis accrescere possit mediante taxa pro Summa fide aestimment, atq; Judicium suum addant, an è re Civitatis futurum videatur, cæsis, et venditis lignis ipsum solum agricolis colendum elocare.

Lustratio Bonorū, et reditū Civitatis

Secundum tenorem Concordatorum Anni 1678 lustratio Bonorum et reddituum Civitatis a deputatione Omnium Ordinum sine mora, et quidem intra biennium publico sumptu Civitatis peragatur, et absolvatur. Qua sine Ordinum consensu avulsa esse probantur, Civitati vindicentur, et presse ad mentem Concordatorum Anni 1659 dicta bona et reditus administrentur quare 1) Administratio Bonorum Deputatis Ordinum credenda 2) Praeconsules huic functioni praesidentes, nil nisi Jurisdictionem, quo ad Causas litigiosas inter Convillanos dirimendas, exclusis alys Causis, quæ ex officio judicanda sunt privativè exercent 3) Mulcta pecuniariæ per mediatatem

Ærario

Erario Civitatis inferantur 4.) Pensiones Census, alyqs Proventus cujuscunqs generis vnic conni= ventia in terminis prafixis exigantur 5.) Libri fundorum Erbbücher a functione Cujuslibet Ter= ritory ~~Territory~~ custodiantur, et ut errores eviten= tur, inscriptiones presente plena functione fi= ant 6.) Coloni perpetuis temporibus habeant facultatem de oppresionibus suis conquerendi apud functiones Omnium Ordinum 7.) Cun= cta negotia qua bona pradicta Civitatis respici= unt ad Normam Concordatorum de Aō 1659 et 1678 et ex utilitate publica rei summa fide, integritatē, et diligentia in Deputationibus Or= dinum gerantur, Quod verò attinet pensionem semestrem capitationis volumus, ut jubente aquitatis ratione habito respectu numeri Man= sorum, quos Convillani possident, et hominum proportionalis taxa a functione cujuslibet Ter= ritory accedente ratihabitione Ordinum ad or= netur, secundum quam tam possessores fun= dorum, quam Incola non possessionati cer= tum quantum facultatibus suis adæquatum ad hanc pensionem semestrem in levamen Ci= vium exsolvere adstringantur. Ut etiam in po= sterum prata Langgartensia Civitati fructum faciant ex Sensu Deputationis Camera elocentur

Nominationem et Constitutionem Teich= grabiorum et Juratorum, aliarumqs Persona= rum ad Officia quacunqs in Bonis Civitatis Patrimonialibus obeunda necessariarum re= linquimus illis, quibus hactenus competebat

Nominatio Teichgrabiorū et Jurato= rum alt re

bat, eo tamen praecauto, ut a quibuscunq; largitionibus, signanter illa, quam Teichgraby solvere, et ab Insulanis repetere solebant, eo-nomine exigendis, vel acceptandis omninò abstineant. In Casum prima Contraventionis relinquatur Jus constituendi tales Personas functionibus, tum Insulana, tum cuiuslibet reliqua Administrationis Bonorum Patrimonialium, et offerens largitionem in duplo a functione puniatur, Officioq; privetur.

Stabulum publicum

Ne abusus Administrationis Stabuli publici continuentur statuimus 1.) equos quorum Septuaginta interdum aluntur triginta duntaxat servandos esse, Nimirum quatuordecim equos et veptem rhedas Præconsulibus, et Camerarys sufficere, ysq; et reliquos Consules uti posse; Octo equos functionum necessarys usibus, et vehenda materia fabricaria, et reliquos equos Octo vecturis vini inservituros. 2.) Equos Septendecim Carris publicis destinatos dimovendos esse cum sint Auriga, qui purgationem platearum certa mercede conducti curare possint. 3.) nisi præscitu et Consensu functionis equos rhedas, Currus, etc Strahas, aliaq; similia, quibus opus non est statim vendenda esse, prævio Inventario functioni exhibito, ut Emptores conquiri possint 5.) Post diminutum Numerum equorum stabularios quoq; pauciores retinendos esse, Famulis qui Carros vexerunt, planè dimissis. 6.) Convillaneos adstringendos esse, ut Avenam Censua[in posterum non esse comparandos 4.) Equos rhedas=/ currus= lem

lem, et Stramina restantia advehant, futuris
verò temporibus præstanda præsixo termino-
in Natura præstent 7.) Denique Ordinationem
a functione Stabuli conficiendam esse, juxta
quam Ordinum Consensu probatam Stabuli
Præfectus der Stadthöffer reve gerere tenebi=
tur, Hæc omnia Consulatus promoveat et su=
stineat, sub amissione beneficij, quo hactenus
circa usum stabuli publici fruitus est, salva
tamen manente Ordinibus libertate, Numerum
equorum, et rhedarum, sicuti illud è re publi=
ca fuerit augendi.

Emolumenta Judicis et Scabinorum

Ratione Summa Certa sub Titulo Rich=
terkost Scabinatui a Judice hactenus soluta
nec non mulctarum judicialiter decretarum
sancimus, nec Judicem mulctis, nec Scabinos
emolumento hoc suo conveto esse privandos
quamdiu Personis his desixo Salario Conditi=
oni illarum adæquato nondum fuerit pro=
spectum,

Venationes

Exercitium Venationis Colonis damno=
sum fore omnino timendum, etsi Jus ve=
nandi per Contractum Locationis quibusdam
tantum relinquatur, Merces ex Contractu lo=
cationis venationum sub certis legibus a fun=
ctione Omnium Ordinum cum Conductoribus
plus offerentibus perficiendo reditura proventi=
bus Civitatis inferatur. Nemini verò nisi
Civi Arenda hac concedenda, et adjudi=
canda.

In fu=

Secretary

In Futurum plures, quam Octo Secretary non assumantur, quoties verò SubSyndicus existit, duntaxat Septem eorum esse debent, nec aliter quàm juxta præscriptum Decreti D. Joannis Tertij et Concordatorum se gerant.

Latitiæ publicæ demonstrationes

Demonstrationes publicæ Latitiæ circa festivitates Solenniores nonnisi Ordinum maturo Consilio, ac Consensu locum habeant, neq; Magistratus ullo prætextu iri ejusmodi, aut alys majoris momenti, gravioresq; sequela Negotijs publicam Civitatis rem afficientibus sine Ordinum Consensu aliquid statuat, excepto Unico casu, ubi aliud a Nobis expressè fuerit mandatum vubrigore Ordinationis D. Sigismundi I. 1526 Resp: D. Sigismundi Augusti 1552 ac Decreti D. Joannis III 1678

Mulcta Burgrabiales

Adimpleant Burgraby Ordinationes anteriorum DD. Regum signanter responsum Otum D. Regis Sigismundi Augusti 1552 neq; mulctas ultra præscriptum Juris præprimis in Causis cum famulitio, contra quod Dominis modica castigatio omnino competit intercedentibus exasperent, denigq; Ipsi nonnullis, ac reliqua Omnia Officia justam per Omnia Conditionis honoratiorum Civium in audiendis Causis rationem habeant, neq; illos cum Plebe misceri permittant.

Sportula

In Sportulis Judicio Civili seu etiam Omnibus alys Officijs, quin et Ministerialibus, ac apparitoribus solvendis, ne Cives et Incolæ Omnesq;

aly

aly Jurisdictionem Civilem requirentes Per-
sonæ plus justò graventur, Nevè expensæ judi-
ciales adeo sint onerosæ verò inhibemus, decer-
nentes taxam Sportularum a Deputatis Ordi-
num intra Anni spatium facta diligenti revi-
sione adornandam pro cujusvis Notitia et in de-
mnitate typis publicari debere

Fortality Münda ad Vistulam agriqs Münden-
sibs Administrationem Præsidi Cita-
tus hactenus concreditam eidem clementer re-
linquimus, ita tamen, ut assumptis sibi quot an-
nis Assessoribus ex Consulatu Scabinatu & Ter-
tio Ordine pro more alterius functionis cum
ysdem reditus omnes et singulos distinctim
connotatos in publicum Cameræ Ararium quot
annis fideliter inferat, diligentissimeqs provi-
deat, ne quisquam audeat, ædificys fortalitio
huic contiguis ad defraudationem Portory aut
exercendas Mercantias solus Urbis competen-
tes temerè abuti, denigs in Casu alicujus peri-
culi, vel turbarum externarum, aut alio quocunq
Circumspectionem exigente cum Deputatis Ordi-
num præmemoratis, aut etiam pro re nata, -
cum ipsis Ordinibus consulte et ex eorum sensu
agenda agat.

Fortalitii Münderse

Electionem Comendantis et Præfecto-
rum Superiorum Staabs Officiers ad Omnes
Ordines pertinentem nec non Electionem Ca-
pitanorum Consulatui hactenus concreditam, et Præsidii
in statu antiquo conservamus, eo præcauto ut arij militis
sicuti ex præscripto Concordatorum de Aº 1678.

Electio, et ju-
ramenta
Præfectorū

Comen-

Commendans Præsidy tam intra, quàm extra Civitatem, nec non Præfectus Primus Fortality Mündensis in Congregatione Ordinum Ipsis Ordinibus, Officiales verò reliqui superiores vulgò Ober Officiers Omnibus Ordinibus coram eorum Deputatis in Consilio bellico in anti= quam formulam jurare tenebuntur, ita profe= cti inferiores Unter Officiers, et Milites Gregary Juramenta sua ex usitata formula coram De= putatis omnium Ordinum eo tempore præstent, cum Ipsis primùm, ~~cum Ipsis primum~~ Ri= pendium numeratur vulgò bey der Zahlung Qui verò in posterum in Numerum decedenti= um surrogandi non a solo Commissario sed a Consilio bellico conscribantur, et exauctorentur.

Beneficia Prærogativam beneficia Majora seu feu= da vulgò Lehn privativè conferendi virtute Concordatorum Consulatui competentem eidem conservamus, hac tamen Conditione, ut omnia beneficia tam Majora quàm Minora abhinc solis Urbis et qualidem Mercatoribus benè de publico meritis præ alys, tum quoqs Opificibus qui facultatibus sine culpa sua lapsi sunt, conferantur, in perpetuum exclusis famulis domesticis, alysqs qui Mercatores, aut Opifi= ces aut plane Cives non sunt. Taxa Consen= su Ordinum Beneficys reditu ultra Mille flo= renos gaudentibus imposita tamdiu exiga= tur, donec ea alienum, quo Cassa Subsidiaria onerata est, dissolutum fuerit, vel Ordines ali= ter disposuerint.

Procuratores Procuratoribus sub Mulcta Centum florenc

b.m.

b.m. aut etiam sub pœna remotionis ab Offi-
cio per Burgrabium Nostrum ad requisitio-
nem Partis læsæ extendenda injungimus-
us Patrocinium suum Omnibus et singulis
contra quascunq; Personas, etiamsi e medio
Consulatus et Scabinatus, vel ydem Consan-
guinitate, aut affinitate juncta fuerint, omni-
no benevolè commode, eaq; Obligatio Illorum
Jurijurando circa sui Officy auspicium præ-
stando inserenda, quo juramento simul ob-
stringendi sunt, se Causas Partium summa
cum integritate et fide acturos, et defensuros
esse.

Quemadmodum Deputati Tertij Ordi- Deputatio-
nis vi Concordatorum signanter 1659 circa- nes Fisci et
percepta et expensa, tum quoq; circa alia Of-
ficia concurrere debent, imo Coadministrato-
res Consulatus adiunt, ita hac facultas de Con-
currentia ex ea ratione, quod in quibusdam
officys nondum ad usum et exercitium hacte-
nus fuerit deducta, negari Ipsis non debet, De-
putati epis potius ad Functiones Fisci acci-
sarum, et reliquorum redituum Curtatis sine
ulla exceptione et remora sunt admittendi. Neq;
tamen ideo nova functiones instituenda, sed
Administrationes præfata cum illis jam in-
troductis, quæ Commodiores Ordinibus vide-
buntur, conjungenda. Administratio vero-
Portory ex præscripto Ordinationis Divi Regis
Stephani permaneat in pristino Statu.

Inhærendo D. Joannis III. Decreto et Expeditiones
Concordatis formam expeditionum et Instru- publicarum
ctionum Literarum

ctionum Civitatis publicarum ibidem pra-
scriptam simpliciter et sub pœna nullitatis
instrumentorum observandam præcipimus
excepto unico casu, cum urgens necessitas mo-
ram non fert, adeoq; Ordines ante expeditio-
nem convocari nequeunt, ipsa etiam rei Con-
ditio permittit, ut aliquid ex Consensu Ordi-
num præsumpto expediri queat, Quo casu ta-
men omnia, quæ ita expedita fuêre, Ordini-
bus indilate referantur, hi verò id agant quod
allegatum supra Decretum Joannis Tertij
in hac Materia injungit.

Cura rei militaris

Lustratione et exauctoratione Præsidij per-
acta functio bellica omni studio et attentione
curet, ut circa rem Militarem Civitatis abusus &
supervaccanea tollantur expensa, neq; pluribus,
ex Præsidio sive Officialibus sive gregarijs sti-
pendia enumerentur, quàm ex concluso Or-
dinum conservari debent, quod si verò neces-
sitas majorem numerum postulaverit Con-
sensum Nrum ad id requirent. Præsidium ve-
rò non diutius sine Commendante et Prima-
rijs Officialibus relinquatur, et uno eorum de-
cedente in locum hunc vacantem intra spati-
um trium, in Commendantis verò intra spa-
tium sex Mensium alius surrogetur.

Ordo Consiliorum

Jubemus ut Consulatus desideria Civium
ad omnes Ordines directa in extenso, nihil ex
illis subprimendo reliquis Ordinibus proponat,
Scabinatus verò in Causis ad Consilia Ordinum
spectantibus sententiam suam depromere de-
trectando Successum deliberationum publicarum

non

non impediat, Denique idem Scabinatus Colle=
gas suos ad certas functiones Deputatos suffi=
cienter instruat, ne excusatione elusoria se non
esse instructos, nuda auscultatione tempus de=
liberationibus publicis destinatum otiose trans=
mittatur, Negotia indecisa maneant et saluti
communi, et privata Civium damnum infe=
ratur. De coetero etiam in functionibus ob=
servetur ea modestia, et Consiliorum tranquil
litas, quam in hærendo Statutis Sigismun=
di I supra demandavimus.

Respectu Formula precationum publi= Orationes
carum pro Magistratu et Ordinibus jube= publica.
mus, nullam aliam formulam precationum
publicarum respectu Ordinum, quam qua cir=
ca supplicationes hebdomadales matutinas
hactenus usu recepta fuit, in futurum et die=
bus Dominicis adhiberi.

Ipsa Ratio Boni Ordinis et Parsimonia cir= Materialia
ca administrandas res Civitatis exposcit, ut mate= ædifica=
rialia ædificationum quæcunq; seu accepta seu tionum
expensa a functione ædilitia vulgo Bau Ambt
diligenter ac specifice, articulatimq; connota=
ta omni providentissima cura ac Consecys A=
ssessoribus dispensentur, et nonnisi in publicos
usus convertantur.

Cum Suburbium et Langgarten tan= Suburbii et
quam Partes Civitatis omnino ad curam et Fundus Lang=
directionem Ordinum pertineant, in futurum garten.
non seorsive ab unico Consule, sed ab aliqua
functione administrentur, expensa etiam pro
inscriptionibus fundorum ad normam taxæ
adornandæ exigantur, Conjungatur tamen

et

et hæc Administratio cum alia functione
ne expensa Salariorum augeantur.

Conjunctio suburby et Langgartendium Quarterijs

Servato antiquo instituto Centum Viri-
ex Quarterys in quibus vacantia occurrunt,
eligendi sint, Considerata tamen penuria sub-
iectorum ad Centum Viratum idoneorum in
duabus Quarterys vulgò Fischer und Breit
Quartier dictis nec non, quod in suburbio
intra Moenia vulgò Vorstadt et in Lang-
garten Aves habitent ad gerendum Officia
publica habiles, illigs ex ea ratione a munys,
et Oneribus Civilibus liberari, aut excludi non
possint, quod Partes hæ Civitatis post tempora,
D. Sigismundi I et distributionem Civitatis
in quatuor quarterias demum accreverint
proinde alteri Quarteria vulgò Fischer Quar-
tier Aves Langgartenses, alteri verò Quarte-
ria vulgò Breite Quartier suburbium in-
tra Moenia incorporentur, et ex illis quoqs
subjecta idonea in Centum viratum eligantur.

Excusatio a munys publicis

Nemo verò in posterum ex Civium nume-
ro in Certum Ordinem electus ablatis Cum-
quibuscunqs vacationem ab Officio impetrare
debet sola excusatione ætatis ultra Sexagena-
ria, aut morbi pertinacis et continui ad obti-
nendam Dispensationem valitura. Reliquis
semel electis sub pœna amissionis Juriun
Civitatis ad suscipiendum Munus Centum
virale stringendis.

Novorum ædificiorum Erectio

Responso XXXV D. Sigismundi Augu-
sti, quo cautum est, ne fiant nova ædificia, absq
Consensu Scabinorum, et Centum Virorum illud

addimus

addimus ut hæc Dispositio ad omnes Civi=
tatis fundos, et districtus sine exceptione exten=
datur, et illi, qui ex Tertio Ordine diversis functio=
nibus assident, sicuti in omnibus alys, ac Singu=
lis momenti majoris punctis tenore concordato=
rum prius assensum Collegy sui expetant, ante=
quam in novâ ædificia, vel sumptuosas reparationes
aut etiam alia placita conveniant sub nullitate
actorum, et sub vinculo respondendi coram Collegio
suo, aut etiam coram Omnibus Ordinibus, in quantum
Assessores metas Officy sui excesserint.

Instruction pro Assessoribus

Ne vero id Ipsum fiat instructiones sufficien=
tes et agendorum Normam continentes circa quam=
vis functionem a Tertio Ordine Assessoribus sibi ex=
pediantur, serioqȝ attendatur, ut illis se in Omnibus
conformare nunquam negligant, aut intermittant.

Comercia in=ternâ ad ex=terna

De Causis tam interna, quam externa Comer=
cia concernentibus Magistratus solus in con=
sultis Ordinibus eo minus cognoscat, aut ali=
quid statuat, quod Causa ejusmodi ardua
quam maxime in Numerum eorum Negotiorum
sint referenda, quæ ad Coadministrationem Ordi=
num vi Legum et concordatorum ex antiquissi=
ma praxi pertinent.

Salaria

Cum necessitas procurandorum pro Magistratu
alysqȝ Officialibus Civitatis fixorum Salario=
rum, et abrogandorum deinde redituum acciden=
talium satis manifestè appareat commendamus
Ordinibus, ut sicuti cæperunt, ita pergant delibe=
rare, quænam convenientissima Comodo publico
huicqȝ fini sint media, ut et honori, ac bono
Civitatis et Personarum dignitati viris incomodo
privatorum quo ad fieri potest, consulatur.

Apparitores

Apparitores, qui immodeste se contra Aves
gerent, aut depactationibus eosdem aggravabunt
aliave

aliave agent, quibus ve limites Officij su-
insuper habuisse convincentur severè, et indi-
latè puniantur, aut etiam pro rei qualitate ver-
vitio suo priventur

Sanguine jun-ctorum coo-tatio in Ord: Civitatis

Inharendo Ordinationibus D Regis Sigis-
mundi Augusti in Responso ad petitum-
XVIII nec non D. Regis Joannis III Decreto de
Ao 1678 in objectione multorum sanguine jun-
ctorum ad Magistratum assumi solitorum-
perpetuò vancimus, ne unquam Fratres Ger-
mani duo, aut Pater cum filio, aut socer cum
genero simul in Magistratum et Scabinatum
neq; in unam, eandemq; Quarteriam Terty Ordi-
nis ampluis abhinc assumantur, nec eligantur,
utq; Nobilis Magistratus, ne talis Consan-
guinitas in uno Ordine, et uno tempore existat
sed nullitate electionis observet, Mandamus eo si-
mul praecauto, ut quoties una Persona ex his pra-
memoratis Consanguineis in Consulatu, altera-
in Scabinatu extiterit, extunc Officium Senio-
ris Scabinorum vulgò Schoeppen Alter-
man ejusmodi colligato neutiquam confe-
ratur, neq; sub ullo pratextu in futurum, salvis
tamen modernis Possessoribus permittatur, ut al-
teruter illorum Civitatis Prases, alteruter Scabino-
rum Senior sit, et nominetur, Magistratus quoq;
cavendo praedilectionem familiarum et Consan-
guineorum, tanquam multorum abusuum et con-
tinuarum querelarum Originem in poste-
rum electionem postposito omni respectu alio

ex

ex solo Conscientiæ dictamine peragat in Ca=
sum neglecta hujus Nrã voluntatis ad eum proce=
demus rigorem, quem rerum et temporum neces=
tas bonique publici cura suadebunt.

Modum Suffragia in Quarterys Terty Ordinis Suffragia ferendi, colligendi et computandi ex antiquo in= in quar=
stituto, et de praxi receptum, in posterum quoq; ser= terys
vandum esse statuimus, quantum verò attinet ad mo=
dum consultandi, et Conclusa formandi in Congre=
gatione omnium Ordinum sancimus, ut Magistra=
tus Consularis tanquam Primus Ordo ad Guber=
nacula Reipublicæ Civitatensis sub præstita Nobis
Iurata fide primario sedens, et de Omnibus, ut Se=
niores decet sufficienter instructus, non solum su=
per qua deliberandum est materiam nudè, et sine
informatione debita proponat cum ea ratione ordi=
nes quid agendum? quid consulendum? dub y
sape indevia excurrant, et dissepsionibus mutu= "
is occasio suppeditetur, quin potiùs ut præfa=
tus Magistratus Consularis suum de materia
ppõsita sensum cum necessarys Circumstantys ir=
ca primam propositionem vulgò Beym Anhoe=
ren reliquis Ordinibus aperiat, et deinde vel
facta Scabinatus et duarum Quarteriarum
ad Consulatus Sententiam accessione licet reli=
qua duo Quarteria post adhibitum debitum
studium ad Consensum flecti nequeant, conclu=
sum Ordinum formet, aut etiam consentien=
tibus Omnibus quatuor terty Ordinis Quarte=
rys in Propositionem factam, sologò tantum Sca=
binatu dissentiente et ad Consulatus efficaces
repræsentationes inflexibili Negotium propo=
situm ne indecisum mancat, ad vota Con=

sulatus

sulatus et Terty Ordinis definire non intermit-
tat, dummodo quod pracavemus, Tertia Pars Scabi-
norum actui et deliberationi praesentium cum Con-
sulatus et omnium quatuor quarteriarum Sen-
tentia conveniat, id quod existente tali casu Sca-
bini profiteri, votorumq; suorum numerumpu-
blicare tenebuntur. Et quia tali modo conclusa
definita, ac decisa fuerint, illa ab omnibus acce-
ptanda observanda, et scripta executioni sunt de-
mandanda sub paena in Statutis D. Regis Si-
gismundi I expressa.

Praetervectio Portus Gedanensis

Nobilis Consulatus obstrictus sit ex Offi-
cio inquirere et facta pro rerum Circumstan-
tia ad Nos relatione severissime animadvertere
cum aliquis Civium in damnum Nostri Thc-
saurj Curtatis Ipsorumq; Commerciorum gra-
dam Negotiationum Partes aliorsum deducens
in posterum Portum Curtatis Gedanenq; prater
vectus fuisse denuntiabitur.

Arcae Pupillares et Ecclesiastica

Arcae Pupillares, et Ecclesiastica sine mo-
ra revideantur, et rationes gesta hujus admini-
strationis Deputatis omnium Ordinum indila-
te reddantur. Quae autem introducendo meliori
Ordini, Directioni et Securitati Arcarum Pupil-
larium, aliarumq; inserviunt, ab Ysdem Ordinibus
definiantur, et ad observantiam deducantur.

Syndici

In posterum pro Norma a Consulatu obser-
vandum, ne Syndici unquam simul Consules
sint, nevè se aliter, quàm ex praescripto Concor-
datorum gerant, Denique in Casu alicujus in-
ter Ordines Scissionis, quam tamen Deus aver-
tat nonnisi Bonum commune sine Personarum
respectu promoveant, ne utrumq; Partes solas
tenendo pro unica totius Civitatis salute publi-
ca vigilent.

Com.

Administratio Ergastuli publici.

Commendamus Ordinibus ut Spatio Unius Anni Normam administrandi ergastuli publici in utilitatem, et majus instituti hujus laudabilis incrementum delineent et perficiant, ac vecdulò curent, quo annua rationes accuratè reddantur, et piâ fundationes huic instituto semel destinata nulla ratione male administrentur, vel alienentur.

Opifices extra Contubernales

Inhærendo Decisioni D. Joannis III. Consulatus Omnes vagabundos seu Nocivos Opifices extra Contubernia Gedanensia in ipsa Civitatis Jurisdictione, imo et inter ipsum Militem Prædiarium, famulitumq; domesticum existens, et Civium Contubernalium, qui Onera publica ferunt, et a quorum conservatione, Conservatio Universorum pariter dependet, victum, Commodaq; non vine magna Civitatis ruina præripientes ad uniuscujusq; Contuberny requisitionem vine ulla mora aut protelatione puniat, a Civitate amoveat, et nisi talis extra Contubernalis Legibus Contuberny veve subjiciat, et cum eodem de tolerantia sua convenire velit, juxta Contenta Privilegiorum Contubernalium procedat, in posterum vero Negotium hoc sta sibi demandatum habeat, ut nullus extra Contubernalis in quacunq; Civitatis parte recipiatur ac tolleretur, ut ulla præjudicia ampliùs foveantur, quin potiùs revirescens forte ejusmodi abusus ad Contuberniorum requisitionem in prima statim herba per auxiliatricem, et promptissimam Magistratus executionem nunquam denegandam resecetur; imò fundetùs extirpetur.

Cum

Contuberni-orum gra-vamina

Cum quoq; prafata Contubernia Civitatis Nrä Gedanensis Omnia et singula gravamina sua; quibus praeter prajudiciosos sibi omnis generis Opifices vagabundos in alys et potiori-bus Capitibus contra Privilegia et Statuta sua vulgo Rollen a DD. Serenissimis antecessoribus Nostris confirmata, et ab antiquissimo tempo-re observata non sine evidenti extrema ruina sua periculô affligantur, denuò ad Nos humil-limè detulerint instantissimi supplicantes, ut ipsis de remedio certo ex plenitudine potesta-tis Nostra Regia providere dignaremur, provin-de annuentes justis eorum petitionibus sub ine-vitabili, gravioq; animadversione Nostra districte pracipimus, ut Contubernia circa Privilegia et Statuta sua conserventur, in usum exercitii-unioq; Jurium suorum sublatis prajudicys qui-buscunq; restituantur, ac Magistratus sedulus attendat, quo tam in Omnibus Bonorum Pa-trimonialium Villis; quam in Civitate nonnisi Opifices Contubernales Contuberniorumq; legi-bus subjecti operas suas exerceant, signanter nulli aly, quàm Cives Contubernales ädificys pu-blicis a quibuscunq; alys sumptu publico pa-randis adhibeantur, nulla Merces, aut alia ma-teria ab extra Contubernalibus fabricata prepa-rata, ac coempta, quò ad possibile fuerit in Ju-risdictionem Civitatensem admittantur, idq; to-tis viribus agatur, quo Omnia et Singula Con-tuberniaru Singulorum gravamina cum Magi-stratu jam comunicata adeoq; illi bene cognita cum Consilio et auxilio Ordinum plenarie aboleantur et abrogentur, Denicq; Juramenta per

Seniores

Seniores Contubernales, quoniam illi adverta-
les sunt, et per vices annuas dirigendis Contu-
berny praficiuntur, non quovis anno, sed tum
cum aliquis ex Junioribus pro Seniore declara-
tur semel pro semper in sequentem Rotulam
prastentur. Nos juramus, quod Contubernium
Nrum rite servabimus Nobili Consulatui fideles
et obedientes erimus, nullas illicitas aut sedi-
tiosas Congregationes seu publicè seu clam te-
nebimus, neq; ullas Literas ad Contubernium
Nostrum scriptas sine prascitu Consulatus aut
Praconsulis Prasidentis aperiemus, neq; ullas no-
mine Contuberny ad extranea Contubernia sine di-
cto prascitu scribemus, et de omnibus, qua in ar-
cam recipiemus in presentia Patroni Contuberij
vel coram illo rationes reddemus: Praterea quic-
quid resciverimus quod contra Civitatem et Com-
mune Bonum fuerit illud Consulatui et Prascon-
suli Prasidenti fideliter denunciabimus. Sic nos
Deus adjuvet etc. Circa qua Juramenta tamen pra-
cavemus, ne sub prateatu coram Contubernys Con-
gregationes particulares in rebus Contubernalibus
ullomodo inhibeantur, aut impediantur; Nevè illis
querimonia mali quam gravem habentibus fa-
cultas consultandi, et remedia licita quarendi
adimatur, quin potius absq; ulla Consulatus pra-
petitione recurrus ad Nos et Judicia Nra salvus
semper maneat et concedatur,

Quandoquidem Notary auctoritate Regia in Civitate Gedanens constituti vigore Decreti D.. Regis Joannis Tertij speciali Protectione Regia gau-
dentes ~~xx~~ Jurisdictioni Ipsius Officij Burggraby
alys duntaxat et sub ea restrictione subjecti sunt. Notary Regij

sunt, ut ab illo etiamsi Criminis rei nonnisi
pravia informatione facta puniri possint, tuendo
Jura Nra Regia declaramus, Notarios Regios
circa Immunitates et prarogativas mediante
Privilegio Regio Ipsis concessas, conservandos
esse, Juribusqꝫ, Exemptionibus, et exercitio mu-
neris sui sine cujusvis officij prapeditione frui
debere, utpote sub protectione Nra existentes -
ita tamen ut se Decreto D. Regis Joannis III
in omnibus exacte conforment. Quo verò post
fata et decessum Notariorum designati, a Nobis
successores ad acta Antecessorum habere possint,
inhærendo pracallegato Decreto statuimus, ut
quoties ex Sex nunc existentibus Notarys ali-
quem mori contigerit, extunc post fata illius
Nobis Burggrabius Noster pro tempore existens
acta et Protocolla intra Octiduum provio In=
ventario ad se recipiat, et Viduas seu Hæredes
eadem omnino extradant, Id ipsumqꝫ Nobles Burg=
graby Nri semper præstent: Postmodum novo -
Notario publico per Nos interveniente morte prio=
ris constituto et Privilegiato, recepto prius ab
ipso soluto Juramento eadem acta consignent, et
extradant, Specificatione Actis ingrossata, manu
novi Notary recipientis subscripta, penes se reli-
cta in vim perpetuæ legis ordinamus.

Braxatores Lanificij et Capillamen=tary

Ratione petitionum et Supplicationum Bra=
xatorum Lanificum, vulgo Zeugunt, Zoyma=
cher et Capillamentariorum declaramus, et
Nobi Mgtüi injungimus, quatenus in ys præ
dicta Contubernia aut pro executione Statu=
torum et Ordinationum suarum a DD. Regibus
Antecessoribus Nris confirmatarum, aut etiam
pro

pro obtinenda novi Contuberny institutione
suffragante, aquitate flagitant, desiderijs eorum
indulate subscribere, eorundemq; omnimodam ra-
tionem habere ulteriùs non differat, alioquin
elapso frustra sex Mensium spatio animadver.
sionem Strām incurret.

Medius Centesimus Denarius

Cum per Conclusum d.d. 12 July 1737 prius
de Anno 1735 de Medio Centesimo Denario
ad decennium conferendo non diverté abrogetur
quocirca Ordines Consilium ineant, an Civitati
expediat, ut exactio dicta Contributionis pro vol-
vendo ære alieno ad tempus definitum continu-
etur, Quòd si verò hac in re non convenerint.
nobis rationes suas exponant, qua Civitati salu-
taria et utilia fore existimaverimus audituri.

Expensa

Tandem ratione expensarum occasione prono-
minatarum dissensionum factarum statuimus,
ut quoniam ex hac Strā Ordinatione plurimum
utilitatis et prosperitatis in Bonum Civitatis pu-
blicum ad seros posteros redundaturum esse certò ap-
paret pro hac vice utriusq; Partis sumptus ili
nerum, aliarumq; necessitatum hactenus eroga-
ti, Summaq; mutuò accepta, ac realiter ex-
pensa ex Erario Civitatis communi deprompan-
tur, et refundantur, inq; hunc finem Ordines
ab insinuatione Ordinationis hujus intra tres
menses inter se de adequatis solutionis para-
ta medys conferant, et Negotium determinent,
ac pacificent, sub ea tamen expressa condition-
ne, ut quocunq; Pars executionem Ordina-
tionis Strā quocunq; modo impedierit et pro-
telaverit, ipso facto beneficio hoc ex singula-
ri Clementia Strā concesso excidat, et non tan-
tum suas expensas merito suo perdat sed et

prouti

prouti illud Nobis omnino reservamus, ad
promeritas panas et ad omnium expensa-
rum ex proprys loculis refusionem indubi-
tatam medys de Jure competentibus stric-
gantur, postremò omnes Ordines, totamq; Com-
munitatem serio exhortamur, ut offensionibus
simultatibus, et odys quibuscunq; reciprocis
aeterna oblivione sepultis pro avertendis majo-
ribus malis ex discordia et differentia sape in
apertas turbas et tumultus periculosos que
Deus avertat! erumpentibus ad conciliandam
pacem, tranquillitatem, Concordiam, mutuamq;
Charitatem, tanquam fundamenta felicitatis
publica intensissimo studio utriusq; concur-
rant, Cives omnesq; et singuli Civitatis Inco-
la Burggrabium Præsidem Præconsules, et Con-
sules tanquam primores et Civitatis Præfectos
reverenter habeant, et observent, Jussaq; illorum
benevole et prompte sub panis per Ordinatio-
nes et Decreta Sr̃orum Prædecessorum No-
strorum exequantur, vicissim quoq; Burggra-
bius Præses, Præconsules, Consules, et Scabini
memores publica salutis promovendæ causa
sibi regimen Civitatis Legibus tamen illius
conformiter exercendum concreditum esse Of-
ficia sua depositis omnibus alys respectibus,
strictè provide, et integerrimè gerant, Univer-
sis Justitiam indilate administrent Curbus
nec graves nec morosos nec etiam in verbis
et factis injuriosos. Sed accessu et affatu faci-
les humanos et afflictis ad opem ferendam
proclives vi suæ obligationis sese præbeant,
signanter verò ab executione Militari con-

tra

tra Cives possessionatos abstineant, omnesq; pa=
terne tractent, uno verbo, Praedia communis=
salutis nonnisi in Reverentia Principis sui Le=
gum exacta Custodia, et firmanda mutua Concor=
dia quorant, in specie verò Deputatos Tertij Or=
dinis, et Mercatorum, qui ad Nos Recursum fe=
cerunt, Occasione litis praesentis non persequan=
tur, aut ab illis inductam sub quocunq; colo=
re sumant, quippe omnes Cives et Incolas
Civitatis Nrae Gedanens, specialiter verò illorum
Deputatos ex Tertio Ordine Ludovicum Godofre=
dum Jantzen, Nathanaelem Gottlieb Richter, Sa=
muelem Flander, Joannem Gottlieb Schwartz
Michaelem Langwald, "Johann Georgum Luther, Fride=
ricum Eichstadt, et Jacobum Bergen, deinde ex
Parte Societatis institorum, et Granariorum vul=
go Kraemer und Speicher Societât der Knof=
ten Stadt Alexandrum Martinum Hewelcke
Adamum Fritt, Georgum Klinckbeil, et Sigis=
mundum Kleefeldt, Tandem Gotthilff Wernic=
kie a Tertio Ordine et praefatis Societatibus ad
Aulam Nram Regiam Deputatum, nec non supra=
nominatos Tertij Ordinis et Contuberniorum ad
Aulam Nostram Varsaviam Deputatos cum Fa=
miliis, Bonisq; illorum in specialem protectionem
Nostram Regiam assumimus, Illisque secu=
ritatem omnimodam a vi et potentia Nobilis
Consulatus et Scabinatus praesentium serio=
impertimur. Tertuis verò Ordo redeundo
ad usitatum consultandi modum secundum
praescripta Statutorum et Concordatorum re=

gerat

gerat, intermissis Conventiculis privatis, ab-
rogataque simul, atq; Nostra declarationes, et
Ordinationes ad realem executionem deducta
fuerint, deputatione, qua tunc amplius opus
non erit, quoniam dissensio cessare, et pri-
stina Concordia datis aeterna oblivioni mu-
tuis querelis ab Omnibus Ordinibus coli de-
bet. Tandem districtè jubemus, et sub gravi in-
dignatione Nostra, et panis per Ordinationes
et Decreta Pradecessorum Nostrorum commi-
natis, et in casum gravis, et temeraria Contra-
ventionis, etiam sub pana Privationis Officio-
rum, alysquè arbitrarys in Judicys Nostris-
Assessorialibus extra cadentiam et Ordinem
Regestri prompto, et indispensabili rigore ex-
tendendis, quatenus Nobiles Burggraby Pra-
Consules et Consules, atq; Scabini, nec non Ter-
tius Ordo ac Contubernia Ordinationem et re-
formationem praesentem, justam, aequam, atq;
Civitati Nostra Gedanensi, ac Civibus, et In-
colis salutarem, utilem et necessariam, Juribus,
Privilegys, et antiquis Consvetudinibus Civi-
tatis, ac Societatum Mercatoriarum, & Con-
tuberniorum Singulorum non contrariam po-
tius illis conformem, et consentaneam, denq;
sufficientissimi attentis Partium querelis mu-
tuis, et omnibus satis, superq; trutinatis ma-
turo Consilio pronuntiatam, Quam ad Omni-
um, quorum interest Notitiam deduci volu-
mus, fideliter, et pro subjectionis vinculo si-
ne ulterioribus informationibus, aut alys

quibusvis

quibusvis expozitionibus ac interpellationi-
bus longius petitis instar pragmatica legis ser-
vent, et exequantur. Quin et a reliquis Or=
dinibus, totaq; Communitate et Omnibus
Civitatis Incolis inviolatè servandas et te=
nendas curent. In quorum fidem et valorem
hac omnia et Singula manu propria subscri=
simus, et Sigillo Regni communiri jussimus.
Hancq; Ordinationem adstantibus Partibus et
praesentibus. Rndsmo Primate Regni, Rndis
Episcopis, Magnificis Senatoribus, et Mini=
stris Rnū, publicari, post publicationem Actis
Metricem Rnū inseri, ex ysdemq; extradi mandā=
vimus, Dabantur Varsaviae Die 20 Mensis Ju=
ly aō Dni MDCCL. Rnū vero Nri XVII aō. Ordi=
natio Civitatis Gedanensis Augustus Rex.
Locus Sigilli Majoris Cancellariae Regni. Igna=
tius Ludovicus Nowicki Sae Rae Mtis Secre=
tarius mpp. Quam ejusmodi Ordinationem
sic ut praemissum oblatam Nos ad acta praesen
Metrices Rnū suscipi, ysdem inseri, et Parti po=
stulanti in forma authentica extradi, Ori=
ginali verò rursus Eidem Generoso Offeren=
ti restitui permisimus, de quo recepto Can=
cellariam Nram quietavit, quietatq; praesentibus,
et pro majori fide manu propria sese subscri=
psit: Antonius de Leübnitz Sae Rae Mtis Came=
rarius, In quorum fidem et actum et Datt ut su=
pra. Relatio Illmi et Ellmū Dnū Dnū Joan=
nis Comitis in Konskie et Biataczow a Natacho=
wice Natachowski Supremi Rnū Cancellary, Opoc=
nens, Ostrolocensis, et Bucznioviensis Capitanei.

actum.

Actum Varsavia Feria Se-
cunda in Crastino Festi Sa
Annæ Matris Gloriosissimæ Vir-
ginis Mariæ Die scilicet 27 Men-
sis July 1750 Annô.

Roborant Contractum Resignatorium Nfci
Comites Brühl et Dux Sanguszko.

Augustus Tertius etc. Significamus etc.

Quod (coram) Actis præsentibus Metrices Rni Cancellariæ
Nræ Minoris personaliter comparentes Magnificus
Januarius Alexander in Biały Kowel, Smolany
Rakow, Ducatu Zastavien: Dux Lubartowiez San-
guszko Ensifer Magni Ducatus Lithuaniæ Capi-
taneus Czerkasiensis ab una, atq; Nfcus Henri-
cus Comes de Ocieszyno Brühl Primarius & Inti-
mus Noster Minister, Piaseczn: Lipinen: Capita-
neus Parte ab altera vani mentibus et Corpori-
bus existentes a Foro, Terris, Districtibus, et Jurisdi-
ctione sua quavis propria et competenti recedendo,
præsenti verò Nrâ Regia se cum Bonis suis gene-
raliter Omnibus subjiciendo et incorporando sponte,
palam, liberè, ac per expressum recognoverunt, præ-
sentibusq; recognoscunt. Quia Ipsi Contractum rati-
one Resignationis Palaty hic Varsaviæ sitô Die Vi-
gesima Quinta Mensis et Anni nunc currenti-
um hic Varsaviæ conscriptum, manibus propry
ab utrinq; subscriptum, et sigillis gentilitys com-
munitum, Damnis Terrestribus firmatum, in O-
mnibus ejusdem Contractus Conditionibus, pun-
ctis, Clausulis, Articulis, nexibus, et ligamentis

approbant

approbant, confirmant, roborant, et ratificant, eidemqꝫ Contractui, tam in toto, quàm in quavis minima parte sese suis eum Successoribus satisfacere submittunt, praesentibusqꝫ declarant Idqꝫ sub damnis Terrestribus simplici verbo abzqꝫ Juramento Corporali taxandis et edicendis per aliquem Partium in Casu Contraventionis succumbendis. Pro quibus quidem damnis, Terrestribus sic a Pars Contraveniens per aliam Partem Contractum tenentem, et ad implentem Acta existens suis eum Successoribus coram Officio seu Judicio quovis competenti respondebit peremptorie. Hac sua personali Recognitione ad praemissa mediante, in forma aliàs Roborationis Contractus plenissima, et de Jure perfectissima. Quam manibus propryis subscripserunt. Januarius Dux Sanguszko Ensifer N. D. Litt.e Capitaneus Czerkasiensis, et Henricus Comes de Ocieszyno Brühl. Quam Ejusmodi Roborationem sic ut praemissum factam Nos ratam, et firmam habentes, haberiqꝫ ab Omnibus volentes eam ad Acta praesentia Metricea Rñ suscipi, eadem inseri, et Parti postulanti in forma authentica extradi permisimus. In quorum fidem etc Actum et datum ut supra Relatio Illmi et Rndmi Dñi Dñi Michaelis Comitis de Granow Wodzicki Decani Cathedralis Cracovien: Abbatis Wąchocen: et Czerwinen: Procancellary Rñ.

Sub eodem actu

Donat Palatium Varsaviense Nfcûs Dux Sanguszko Nfco Comiti de Ocieszyno Brühl.

Augu=

Augustus Tertius etc. Significamus etc. Quod coram actis praesentibus Metrices Rnū Cancellaria Nra Minoris personaliter comparens Magnificus Ianussius Alexander in Biały Komel, Smolany, Rakow, Ducatu Zastawiensi Duc Lubartowicz Sanguszko Ensifer Magni Ducatus Lithvaniæ, Capitaneus Gerkaziensis sanus mente et corpore existens, a Foro, Terris, Districtibus, et Iurisdictione sua quavis propria et competenti „recedendo - praesenti= tenti„ vero Nrā Regiæ se cum Bonis suis generaliter Omnibus subjiciendo, et incorporando sponte, palam, liberè, ac per expressum recognovit, praesentibusqꝫ recognoscit. Quia Ipse Mfcō Henrico Comiti de Ocieszyno Brühl Primario et Intimo Nostro Ministro Piasecensi, Lipiensi Capitaneo Illustqꝫ Successoribus, jam exnunc et defacto Palatium suum proprium, et hareditarium hic Varsaviæ in Platea Wierzbowska dicta penes Palatium Nostrum ab una, atqꝫ muros seu sepimenta Religiosorum Reformatorum parte ab altera situatum, ac in sua Circumferentia murō circumdatum, cum omni Iure, dominio, proprietate, et hæreditate dat, donat, et resignat perpetuo ac in æuum, nihil sibi, suisqꝫ Successoribus ad suprascriptum Palatium cujusvis Juris, tituli, proprietatis, hæreditatis, aut propinquitatis, sive praetensionis relinquendo, aut excipiendo verum Ius suum, dominium, proprietatem et hæreditatem in Personam suprafati Mfci Comitis de Ocieszyno Brühl Donatary, Illustqꝫ Successorum plenarie transfundit, transfert, et derivat. In quod quidem Palatium praesentibus donatum Intromissionem realem cum pacifica et

et actual
Generalem,
rio dum
rendam lu
vam nec pe
turum seve
ter omnib
Henricum
Successores
veribit, et
Inscription
quam m
Sanguszko
ensis mp.
missum fa
habereqꝫ a
Metrices
lanti in f
quorum f
quidem M
Quieta
polon.
Comitem
Quod co
Rnū Canc
parens M
wel, Smo
Lubartowi
Lithvania,
te et corp
et Iurisdi

et actuali possessione per Ministeralem Rnu Generalem, et duos Nobiles Eidem Nro Donatario dum voluerit, et affectaverit juridice conferendam liberè dat et admittit, datamq; et admisram nec per se, nec per quasvis Personas præpediturum seve submittit. Quinimò de alys generaliter omnibus Bonis suis sæpefatum Magnificum Henricum Comitem de Ocieszyno Brühl, Ipsumq; Successores a quibusvis impedimentis evincere inveribit, et assecurat. In forma alias Donationis Inscriptionis plenissima, et de Jure perfectissima quam manu propria subscripsit: Ianussius Dux Sanguszko Ensifer N.D.Litt. Capitaneus Czerkasiensis mp. Quam Quomodi Donationem sic ut prämissum factam Nos ratam et firmam habentes habericq; ab Omnibus volentes eam ad acta presentes Metrices Rnu suscipi, eidem inseri, et Parti portulanti in forma authentica extradi permisimus, In quorum fidem etc Actum et Datt ut supra, Relatio Eiusdem Illrmi et Rndmi Procancellary Regni.

Sub eodem actus

Quietat de Summa 300 Millium flor polon Nrcus Dux Sanguszko Nrcum Comitem Brühl

Augustus Tertius etc. Significamus etc Quod coram Nobis Actisq; Præsentibus Metrices Rnu Cancellaria Nra Minoris personaliter comparens Nrcus Ianussius Alexander in Braty Kowel, Smolany, Rakow, Ducatu Zastawiensi Dux Lubartowicz Sanguszko Ensifer Magni Ducatus Lithvaniæ, Capitaneus Czerkasiensis sanus mente et corpore existens a Foro, Terris, Districtibus, et Jurisdictione sua quavis propria et competenti

ti recedendo, praesenti verò Rrä Regiä se cum Bonis suis generaliter omnibus subjiciendo et incorporando, sponte, palam, libere, ac per expressum recognovit, praesentibusq; recognoscit Quia Ipse Mfcum Henricum Comitem de Ocieszyno Brühl Primarium, et Intimum Rrum Ministrum, Piasecensem, Lipinensem Capitaneum, Ipsiusq; legitimos Successores jam ex nunc et defacto de Summa Trecentorum Millium florenq Polonq Contractu certo hodierno sub actu roborato pro Resignatione Palatij hic Varsaviä in Platea Wierzbowska dicta situati constituta, tum de eodemmet Contractu roboratoris, ejusq; contentis, vädys, et ligamentis, quo ad praemissam Summam spectante, ob praestitam sibi Recognoscenti sufficientem satisfactionem; realemq; Eudem Summa Trecentorum Millium florenq polonq exsolutionem quietat, emittit, liberumq; et absolutum cum Successoribus ejus facit et pronuntiat suprafatum Contractum Resignatorium, quod ad eandem Summam per se Recognoscentem levatam spectantem, tollit, cassat, mortificat, et annihilat perpetuò ac in avum. Hac sua personali Recognitione ad praemissa mediante. In forma alias Quietationis plenissima, et de Jure perfectissima quam manu propria subscripsit: Janusius Dux Sanguszko Ensifer M. D. Litt Capitaneus Czerkasiensis mpp Quam Quidem Quietationem sicut praemissum factam, Nos ratam et firmam habentes habericq; ab Omnibus volentes, eam ad Acta praesentes suscipi, eidem inseri, et parti postulanti in forma authentica extradi permisimus. In quorum fidem et Acti et Datti ut supra, Relatio Illmi et Rndmi Procancellarij Lit

Autum

Actum Varsaviæ Fe=
ria Tertia post Festum
Sc̃æ Annæ Matris Bæ Vgi=
Mariæ proxima Die scili=
cet 28 Mensis July 1750 Aō

Debet Summam Octōdecim Millium
florenū polonū Mcus Comes de Ocieszyno Brühl
Gnosa Anna Skwarczynska.

Augustus Tertius etc Significamus etc.
Quod coram Actis præsentibus Metricis Rni
Cancellaria Nræ Minoris personaliter compa=
rens Mcūs Henricus Comes de Ocieszyno Brühl
Primarius, et Intimus Noster Minister, Prase=
ctensis Lipiensis Capitaneus varius mente &
corpore existens a Foro, Terris, Districtibus, et
Jurisdictione sua quavis propria et competen=
ti recedendo, præsenti vero Nrâ Regia ve cum=
Bonis suis generaliter omnibus subjiciendo & in=
corporando, sponte, palam, liberè, ac per expressum
recognovit, præsentibusqꝫ recognoscit. Quia Ipse
Gcā Anna Skwarczynska Gci olim Andreæ Skwar=
czynski Metrices Regni Præfecti Consorti, Ipsi=
usqꝫ Successoribus Summam Octodecem Milli=
um florenū polonū acceptam, et abnumeratam ve=
ri, certi, ac liquidi debiti debet, ac tenetur. Quam
quidem Summam Octodecem Millium florenū pol=
dicta sua Creditrici pro Festo Natwitatis Sti Joan=
nis Baptistæ in Anno proxime venturo Mille=
simo Septingentesimo Quinquagesimo Primo cir=
ca Acta Officij Castrensis Varsaviens supradictus
Mcus Recognoscens prompta, paratacꝫ pecunia

unà

una cum provisione per quinquè a Centum pendenz de soluturum, realiterq; et integraliter e= numeraturum submittit et obligat, Eandem q; Summam Octodecem Millium florenz polonz ma= joris Securitatis Causa in et super Bonis suis generaliter omnibus singulariter super Bonis Lomienka, et Kielpiniek in terra Varsaviens situ= atis inscribit, obligat, et assecurat, idq; sub Vadio similis Summa Octodecem Millium florenz pol. Pro quo Citatus Idem Nscus Recognoscens suis eum Successoribus coram Officio quovis Rnī com= petenti respondebit peremptorie, Hac sua persona= li Recognitione ad præmissa mediante in forma a= lias Inscriptionis debitorea plenissima et de Jure perfectissima. Quam Idem Nscus Recognoscens manu propria subscripsit: Henricus Comes de Oeieszyno Brühl. Quam Ejusmodi Inscriptio= nem debitoream, sic ut præmissum factam, Nos ratam et firmam habentes, habericq; ab omni= bus volentes, eam ad Acta præsentia Metrices Rnī suscipi, ysdem inseri, et Parti postulanti in forma authentica extradi permisimus, In quorum fidem etc. Actum et Datum ut supra, Relatio Illrmi Su= premi Rnī Cancellary.

Actum Varsavia Feria Quin= ta post Festum Sti Laurenty Mar= tyris Die scilicet 13 Mensis Au= gusti 1750 Ao.

Cedit Gsus Rexin de Capitaneatu Ma= riæburgensi in Personam Gsi Michaelis Rexin.

Augustus Tertius etc Significamus etc.

Quod

Quod cum ad Supplicationem Gsi Michaelis Rexin Capitanei Mariæburgensis in Exercitu Nro Colonelli ob debilem valetudinem ~~ad~~ acta publica adire non valentis ad Nos factam Gsum Ignatium Ludovicum Nowicki Secretarium Nostrum et Actorum Metrices Rnũ Cancellariæ Minoris Præfectum una cum actis pro recipienda ab Ipso Cessione Capitaneatus Mariæburgensis in Personam Gsi Michaelis Rexin deputassemus, utq; cum actis Metrices Rnũ ad Residentiam Ejusdem Gsi Michaelis Rexin in Casserny ad Varsaviam adiret concessissemus, Is Idem Gsus Deputatus Præfectus Metrices Rnũ functus officio sũo recognovit: Quia die hodierna in actu contenta ad Residentiam dicti Gsi Michaelis Rexin in Casserny ad Varsaviam sitã, condescendit, et quomodo coram se Deputato, actusq; Metrices Rnũ Cancellaria Minoris personaliter comparens suprascriptus Gsus Michael Rexin Capitaneus Mariæburgensis in Exercitu Nostro Colonellus, Corpore quidem debilis, mente tamen sanus existens a Foro, Terris Districtibus, et Jurisdictione sua quavis propria et competenti recedendo, præsenti vero Nrã Regiã se cum Bonis suis generaliter Omnibus subjiciendo et incorporando, sponte palam, liberè, ac per expressum recognovit, præsentibusq; recognoscat. Quia Ipse inhærendo Privilegio Consensus Nri ad infrascripta Recognoscenda à Nobis gratiosè sibi concesso, manuq; Nrã Regia subscripti, et Sigillo Minoris Cancellariæ Rni communito ad præsens in suo Originali exhibito cujus tenor sequens est: Augustus Tertius DEI Gratia Rex Poloniæ, Magnus Dux Lithuaniæ

Rupia

Russiæ, Prussiæ, Masoviæ, Samogitiæ, Kyoviæ Volhyniæ, Podoliæ, Podlachiæ, Livoniæ, Smolen=
siæ, Severiæ, Czerniechoviæq;, nec non Hære=
ditarius Dux Saxoniæ, et Princeps Elector. Si=
gnificamus præsentibus Literis Nris, quorum
interest Universis et Singulis, Consensisse Nos,
et permisisse, consentireq; et permittere præsen=
tibus Literis Nris Gõ Michaeli Rexin Colonel=
lo Nro, ut possit, et valeat de omni et integro Iu=
re suo Advitalitio, quod Ipsi super Capitanea=
tum Mariaburgensem servit et competit, cedere,
illudq; in Personam Gi Michaelis Rexin trans=
ferre, et transfundere. Qua quidem Cessio, Iurisq;
transfusio, postea quam coram Actis quibusvis
Rnũ authenticis ~~Rnũ authenticis~~ facta et reco=
gnita fuerit, Nos eam ratam et gratam habituri
sumus, uti eam, quæ prævio hocce Consensu Nro
peragetur, Vigore cujus Cessionis Iurisq; transfu=
sionis ac præsentis Consensus Nri dictum Capita=
neatum Mariaburgensem cum omnibus Structuris
ædificijs, Villis, agris, pratis, campis, Sylvis, Borris,
Gais, Nemoribus, fluvijs, fluminibus, Stagnis, pi=
scinis, lacubus, Molendinis, Braxatorijs, Tabernis
Subditis, eorumq; diurnis laboribus, Censibus Da=
tionibus Commodis, et emolumentis cunctis denicq;
attinentijs, et pertinentijs nullis penitus exceptis
sed ita, latè, longe, et circumferentialiter, prout ab
antiquis et immediatis Possessoribus tenebatur, præ=
dictus quoq; Gnus Michael Rexin tenebit, habe=
bit et possidebit ad extrema vitæ suæ tempora. Pro=
mittimus autem pro Nobis et Serenissimis Suc=
cessoribus Nris, non esse Nos, Serenissimosq; Suc=
cessores Nros ab usu et pacifica possessione dic=
ti

cti Capitaneatus Mariaburgensis amoturos aut alienaturos, neq; amovendi potestatem cuipiam daturos, sed salvum et integrum Jus Advitalitium Ipsi conservaturos, Quod et Serenissimi Successores Nri praestabunt, Juribus, Nris Regalibus, Reipublicæ, Ecclesiæq; Romano Catholicæ salvis manentibus, In quorum fidem praesentes manu Nra subscriptas Sigillo Rnũ communiri jussimus Datum Varsaviæ Die III Mensis February. Aõ Dnĩ MDCCLIX Regni vero Nri XVI Aõ. Consensus Cedendi de Capitaneatu Mariaburgens Gõ Michaeli Rexin Exercituum Sae Rae Mtis Colonelli in Personam Gsi Michaelis Rexin datur — Augustus Rex Locus Sigilli Minoris Cancellaria Rnũ, Joannes Klossowski Canonicus Cathedralis Pramisliensis Sae Rae Mtis Sigilli Regni Secretarius mpp De Omni et integro Jure suo Advitalitio, quod et quale Ipsi vigore Juris et Privilegij super praefatum Capitaneatum Mariaburgensem servit et competit, serviregq; et competere potest, jam exnunc, et in ipso effectu Gõ Michaeli Rexin, vero, puro, et irrevocabilis Cessionis titulo cessit, absscessit, et condescendit, prout praesentibus cedit, abscedit, et condescendit, cum omni Jure, et titulo attinentijsq; et pertinentijs Omnibus ad praefatum Capitaneatum nunc et ab antiquo spectantibus, totumq; et integrum Jus Advitalitium in Personam supranominati Gsi Michaelis Rexin Cessionarij sui plenarie transfert, transfundit et derivat, Intromissionemq; quoq; Officiosam realem et actualem per Ministerialem Rnũ Generalem et Duos Nobiles in praefatum Capitaneatum Mariaburgensem, omnesq; attinentias et pertinentias Eidem

Gõ

Gso Cessionario conferendam dat et admittit, seqs daturum, et admissurum submittit, Praesenti sua personali Recognitione ad praemissa mediante In forma alias Cessionis plenissima, et de Jure perfectissima, quam manu propria Idem Gnus Recognoscens subscripsit: Michael Rexin mpp. Quam Gusmodi Secretary Nri. Deputati Relationem factamqs ut praemissum est Cessionem Nos firmam ac de Jure validam habere volentes, eandem ad acta praesentia Metrices Rnũ suscipi, inscribi et ex Eadem actis fideliter descriptam Parti postulanti authentice extradi permisimus, In quorum fidem etc. actum ut supra. Relatio Illmi Procancellary Rnũ.

Sub eodem actu

Offert Gnus Weyher Capitaneus Baldemburgen, assignationes super Stipendys militaribus.

Augustus Tertius etc. Significamus etc. Quod veniens personaliter ad acta praesentiae Metrices Rnũ Cancellaria Nrae Minoris Gnus Georgius Weyher Capitaneus Baldemburgensis obtulit ad acticandum actusqs praesentibus inscribendum Extractum Oblata Assignationum super Stipendys militaribus Gso Samuelis de Dermut Barbych Vice Colonello Nro servien ex actis Castri Leoburgen, authentice depromptum cujus quidem Extractus tenor sequens est: Actum in Castro Leoburgensi Die Vigesima Septima Mensis Octobris Ao Dni Millesimo Septingentesimo Undecimo, Ad Officium et Acta praesen

Capitanealia Castrensia Leoburgensia stq̃ Butt=
hov & personaliter veniens Nblis Mathias Marti=
nus Magierski obtulit officio præsenti ad actican=
dum, et Actis præsentibus inscribendum Assi=
gnationes numero Tres, Et quidem unam polo=
nico idiomate duas verò latine pro Parte Gsi
Samuelis de Demuth Bartsch Vice Colonelli Sa=
Rae Mtis Polonia ad rationem provenientum
ejusdem ~~ejusdem~~ Stipendiorum militarium da=
tas et conscriptas, Sigillisq̃ Illustrissimi Ducis
Curlandiæ communitas, et manu Ejusdem subscri=
ptas, Quarum series verborum earundem Inscriptio=
num seorsvarum sequitur ejusmodi, estq̃ talis=
Wielmoznych Ichmciow Panow Kommissarzow
Ziemi Dobrzynskiey Niniejszym Skryptem upra=
szam, aby Imci Panu Salamonowi Henrykowi
Barszczowi a Demuth, Jo Kr= Mci y Rzeczypospoli=
tey Oberszleütmantowi Regimentu mego Złotych
Polskich szesc Tysięcy ad rationem tych na prze=
szłych Kommissiach generalnych dla przetado=
wania do Rzeczypospolitey odesłanych, teraz zas w
Roku niniejszym na Kommissyi Lwowskiey zno=
wu do zapłacenia do Woiewodztw y Ziem przez
Deklaracyą assygnowanych, y repertowanych put
pięć czwierci, rak prędko wypłacone będą ad ratio=
nem zastug pomienionemu Imci zapłacic co la
ni rationibus Calculi pro rato przyiąć deklaruie
się, y dla większey Wiary, y przy przyciśnieniu
Pieczęci moiey ręką się własną podpisuie Datum
w Warszawie Die Vigesima Quinta Aprilis Ao
Millesimo Sexcentesimo Nonagesimo Septimo
(Locus Sigilli:) Ferdinandus Xiąże Kurlandzkie.
Secunda vero Assignationis series verborum de te=
nore

nore tali. Vigore hujus asignationis Mea velint Qui Exactores Terra Dobrinenq Qo Samueli Henrico Bartsch de Demuth Vice Colonello ad rationem provenientia stipendia adhuc restantem Quatuordecem Millium. Quadringentorum Quinquaginta Unius florenq et Grosorum Septem ac Dimidy, pravia Quietatione epis exsolvere Quam sic in totalem, et finalem Stipendiorum sicorum satisfactionem exolutam Summam Deputati mei in Calculo cum Terra Dobrzynenq acceptare tenebuntur, et obstricti erunt. In quorum fidem praesentes manu mea subscriptas Sigillum meum apponere jussi, Datum Varsaviæ die Nona February Aõ Millesimo Septingentesimo Secundo. Ferdinandus Dux Curlandiæ (: Locus Sigilli:) Tertiæ verò asignationis tenor sequitur, Vigore hujus asignationis Mea velint Qui Exactores Terra Dobrinenq Qso Samueli Henrico Bartsch de Demuth Vice Colonello ad rationem provenientium eidem stipendiorum sicorum Sex Millium flor polonq Summam ad quietationem epis exolvere, quam sic exsolutam Summam Deputati Mei in Calculo cum Terra Dobrzynenq acceptare tenebuntur, et obstricti erunt. In quorum fidem praesentes manu mea subscriptas Sigillum meum apponere jussi, Datum Gedani die Vigesima Quarta Decembris Aõ 1702, Ferdinandus Dux Curlandiæ (: Locus Sigilli:) Originalia verò earundem asignationum Idem offerens post ingrossationem in acta praesentia denuò ad se ab Officio praesenti recepit, et de receptis Officium

um praesens, et Cancellariam ejus, quetavit, quetatq; praesentibus, Ex actis Capitanealibus Castrens. Leoburgens. Stq. Bulle Extradict. (Locus Sigilli Castri illius Leoburgens.) Cl. Redowski mp. Quem Quemodi Extractum sic ut praemissum oblatum Nos ad Acta praesentia Metrices Rñi suscipi ysdem inseri, et Parti postulanti in forma authentica extradi, Originale verò rursus Eidem Gso Offerenti restitui permisimus, de quo recepto Cancellariam Nram quietavit, quetatq; praesentibus, et pro majori fide manu propria vese subscripsit: Georgius Weyher mp In quorum fidem etc. Actum ut Supra. Relatio Eiusdem Illrmi Procancellary Rñi.

Sub eodem actu.

Offert Gñus Weyher Capitaneus Baldemburgens. Literas sibi serviens.

Augustus Tertius etc. Significamus etc. Quod veniens personaliter ad acta praesentia Metrices Rñi Cancellaria Nra Minoris Gñus Georgius Weyher Capitaneus Baldemburgens. obtulit ad acticandum, actisq; praesens. inscribendum Extractum oblata Literarum Restret. tel dictarum sibi Gso Offerens. serviens. ex actis Castri Leoburgens. authentice depromptum, Cujus quidem Extractus tenor sequens est: Actum in Castro Leoburgensi Die Decima Octava Mensis February Ao Dñi Millesimo Septingentesimo Trigesimo Quinto, ad Officium, Actaq; praesentia Capitanealia Castrens. Leoburgensia, simulq; Büthoviens. veniens personaliter Nfcus Franciscus Georgius Weyher Vice Colonellus S.R.

Maje-

Majestatis Polonia, obtulit ad acticandum,
actuq; præsentibus in größandum Literas
Restzettel dictas sibi servientes subscriptione
et Sigillo munitas tenoris sequentis: Daß
Ihro Königl. Majestät Obrist-Leütenantz Frantz
George v. Weihern, allhier auf unsere Ge-
gimentß Rechnung Ihme formirt extradi-
rat, daß derselbe, nachdem daß gemöhr-
lich Zo-Geldt nebst andern expensen und
was seiner Compagnie gehöret Vorschuß
und was er sonsten bey sich seiner Persohn
von Subsistenzen empfangen abgezogen,
annoch auf seinen Etat zu Radom liqui-
dirten Subsistenzen, so sich den ersten Febru-
ary 1697 anfahen und den ersten October
1699 endigen zu fordern habe, Zehn Tausent
vier Hundert Vier und Dreißig Gulden
Cöllnisch und neun Albus gl. Pole Geldt, an
Silberigen gerechnet, Warmit sich der selbe noch
unter meinem Regiment die Compagnie
gehabt, so lange bis in Königl. Lemberg der
Rest und Regiment geschlagen worden, wel-
ches sage 20 Subsistal nemlich vom Novem-
ber Ao 1699, bis den letzten October Ao 1704
Falb und die selben Subsistalen laut seiner
Vorfahrenden Rollen seine Compagnie liqui-
dirt worden wird, so wird er auf diesen Subsi-
stalen Achtzehen, Tausent, Neun Hundert, und
Vier und fünfzig fl zu fordern haben, daß
also seine habende pretension bestehen wird
in Acht und Zehentzig Tausent, sieben Hundert
Acht und

Zehn und achtzig fl. Reine und reinen Sal-
bare gr. Polnisch Geldt. Es wird dieses den
Herren Obrist Leütenant und Laband-
und Stabsbund selben und den Engrenirt
Rechnungen zur Nachricht gegeben auf
den vorhabenden Visitz Commissorv, aber dann
die Respublique mit Ihnen wegen der alten
Pretensionen reichen, und man schon wird, die
sie und zu bezahlen intentionirt, oder die
sie die unliquidirte Restanten liquidiren
und was die die Armen decortiren solte
als dann soll dem Herren Obrist Leütenant
richtig facit gemacht, und er und seine Be-
zahlung zu erhalten seine nigne assigna-
tion zu nehmen haben, wo aber Ihnen gre-
chenkt, ist dieses Ihro Zuberrende Summa
nicht weiters zu considerien, als das die
noch Restanten Liste, so vor die Respu-
blique noch in seiner Repartition genommen,
und zum Theil gar noch nicht liquidiret
seyn, derhalb auch diese meine Schrifft blos
zu seiner Nachricht geschrieben, und folgends
gar nicht, als wie liquidiren aber wie Re-
tzal gelten kan, Urkundlich gegeben, un-
ter meiner Hand und Pitschen zu Osterode
den 25 May 1710 Ihr. Königs Majestät, und
Ihro Hochl. General Leütenant und Comte
Hannöver. Hauptmann zu Osterode und
Hohnstein. Loco Sigilli. Friederich von der
Bröben, Originale retraditum, Ex actis Capi-
tanealibus

tanealibus Castreñ Leoburgeñ, similqꝫ Buthoviens extradidit (: Locus Sigilli Castri illius :) CE Rekowski mpp Quem Quimodi Extractum sicut premissum oblatum, Nos ad Acta presenꝫ Metrices Rñi suscipi, ydem inseri, et Parti postulanti in forma authentica extradi, Originale verò rursùs Gso Offerenti restitui permisimus, de quo recepto Cancellariam Nrãm quietavit, quietatqꝫ presentibus, et pro majori fide manu propria sese subscripsit. Georgius Weyher mpp In quorum fidem etc Actum et Datum ut supra. Relatio Quidem Illmi et Rdmi Pro Cancellary Rñi.

Actum Varsaviæ Feria Secunda post Festum Assumptionis in Clum Gloriosissimæ Vñ Mariæ proxima dicẽ scilicet 17 Mensis Augusti 1750 Ao.

Roborant Contractum Resignatorium Nfci Supremus Rñi Cancellarius et Gñus Potocki Castellanides Bractavieñ.

Augustus Tertius etc Significamus etc.

Quod coram actis presentibus Metrices Regni Cancellaria Nrã Minoris personaliter comparentes Nfcus Joannes Comes in Konskie de Białaczow a Natachowice Natachowski Supremus Regni Cancellarius, Opocznenꝫ, Ostrolocenꝫ, et Buczniovienſis Capitaneus ab una, atqꝫ Gñus Joachimus de Potok Potocki Castellanides Bractavieñ Nfcorum olim Joannis Potocki Castellani Bractavieñ, et Elisabetha de Sobieskie Conjugum matrimonialiter procreatus filius parte ab altera sani mentibus et corporibus existentes a Foro

Terris

Terris, Districtibus, et Jurisdictioni sua qua-
vis propria, et competenti recedendo, preventi ve-
ro hrä Regia ve cum Bonis suis generaliter.
omnibus subjiciendo et incorporando, vponte pa-
lam libere, ac per expressum recognoverunt, pre-
sentibusq; recognoscunt, Quia Ipsi Contractum
certum Die Decima Quinta Mensis et Anni pra-
sentium inter se Recognoscentes hic Varsavia in-
tum et conscriptum manibus ab utrinq; sub-
scriptum, et Sigillis gentilitys communitum, va-
dio Decem Millium florenq polonq firmatum in
omnibus ejusdem Contractus, punctis, Clausu-
lis, Articulis, nexibus et ligamentis approbant,
confirmant, roborant, et ratificant, Eidemq; se se
suis cum Successoribus tam in toto quam in
quavis minima Parte vatisfacere submittunt,-
presentibusq; declarant. Idq; sub Vadio similis
Summa Decem Millium florenq polonq in casu
eidem Contractui in aliquo Contraventionis eiq;
non vatisfactionis ad solvendum irremissibiliter
succumbendo. Pro quo quidem Vadio taliter exin
de succubito Citata una Pars per aliam, Parsci-
licet præfatum Contractum non tenens nec com-
plens ex Instantia alterius Partis eundem Con-
tractum in toto tenentis, complentis, et exequen-
tis, sive ejus Successorum ad Judicium seu Of-
ficium Castrense Opocnense, sive Tribunalis
Rñi Lublinenq; recessu suprascripto mediante
semper in primo, Juris, Citationisq; termino
tanquam peremptorio, peremptorie stare, Juri
parere, respondere, Comparendoq; Vadium pre-
dictum succubitum solvere, quo Soluto nihilo
minus eidem Contractui prefato presentibus
roborato

roborato in toto satisfacere Omnesq; Iudicatum Iudicij, seu Officij suprascriptt Se Iure non excindo pati absq; omni dilatione, exceptione, defensione, praescriptione, protestatione, evasione evocatione, motione et appellatione, earumq; modo quovis, seu per adcitationes quasvis prosecutione. Hac sua personali Recognitione ad premissa mediante in forma alias Roborationis plenissima et de Iure perfectissima, quam manibus propryis subscripserunt: Joannes Matachowski Super: R. Canc: mp Joachim Potocki K. Bmp.

Quam Ejusmodi Roborationem sic ut praemissum factam Nos ratam et firmam habentes, haberiq; ab omnibus volentes, eam ad acta praesentia suscipi, eysdem inseri et Parti postulandi in forma authentica extradi permisimus, In quorum fidem etc. Actum ut supra Relatio Ejusdem Illrmi et Rndmi Pro Cancellary Rni.

Sub eodem actu

Donat Bona sua hereditaria Procwin dicta Gnus Potocki Castellanides Bractavien. Mco Supremo Rni Cancellario.

Augustus Tertius etc. Significamus etc. Quod coram actis praesentibus Metrices Rni Cancellariae Nrae Minoris personaliter comparens Gnus Joachymus de Potok Potocki Castellanides Bractavien. Mcorum olim Joannis Potocki Castellani Bractavien. et Elisabethae de Sobieskie Conjugum matrimonialiter procreatus filius sanus mente et corpore

excedens

existens, a Foro, Terris, Districtibus, et Jurisdi=
ctione sua quavis propria et competenti recedendo, praesenti vero Nrā Regiæ se cum Bonis suis generaliter omnibus subjiciendo et incorporando spontè, palam, liberè, ac per expressum recognovit, praesentibusq; recognoscit, Quia Ipse Nrō Joanni Comiti in Konskie et Bialaczow a Matachowice Matachowski Supremo Rū Cancellario, Opocnensi Ostrolocensi et Bucznioviens Capitaneo, Ipsiusq; Successoribus, jam exnunc et defacto Bona Villam videlicet Procwin dictt in Palatinatu Sandomiriens Districtu Opocnens sitt sua propria et hæreditaria, cum omni Jure suo, dominio, proprietate, propinquitate, titulisq; hæreditario, ac omnibus ejusdem Villa Procwin utilitatibus, usibus fructibus, Proventibus, Commodis et obventionibus, Areis, Curys, ædificys, structuris parvis et magnis, agris, pratis, campis, sylvis, et indaginibus, aquis, stagnis piscinis, piscinulis, fluvys, fluminibus, Torrentibus, ac quarumvis aquarum decursibus, Molendinis, Molendinatoribus Tabernis, Tabernatoribus, Subditis Cmethonibus, hortulanis et Inquilinis ad praesens in Bonis dictis Procwin residentibus, quam profugis, eorumq; uxoribus, pueris, pecoribus, peculibus, totaq; eorum suppellectili domestica datys decimis, Tributis, Censibus, cluerum laboribus, Custodys vigilys diurnis et nocturnis cunctaq; obedientia et Subdutura Cmethonali per Ipsos praestari debita, cunctis deniq; attinentys et pertinentys antiquitus ad eadem Bona spectantibus nullis penitus exceptis sed ita late longè et circumferentialiter prout in suis metis, et limitibus extabant, et ex=

tant,

tant pura mera et irrevocabili donatione pro
Summa Decem Millium florenę polonę: de qua
plenarie et integraliter, ac in effectu exoluta I=
dem Nfcus Supremus Rnū Cancellarius quie=
tatur: / dat, donat, confert, inscribit et resignat
nihil sibi, Suisq; Successoribus quidquam Juris
aut cujusvis pretextus et pretensionis ad ea=
dem, Bona Procuin reservando et excipiendo. In=
tromissionem Ipsi in præfata Bona præsentibus
resignata per Ministerialem Rnū Generalem -
quemvis, et Nobiles duos quosvis facilius pro
tempore conducendos officiosè acceptandam, lube=
re dat, et defacto admittit, Pacem cum tuitione e
victionis sufficienti cavet inscribit, Idq; sub damnis
Terrestribus simplici verbo, absq; Juramento Corpo=
rali taxandis et edicendis in Casu Contraventionis
succumbendis. Pro quibus quidem damnis Terre=
stribus taliter ut præmissum est taxatis et edi=
ctis, ac succubitis, Citatus existens Idem Recogno=
scens suis cum Successoribus remotis omnibus
Juris diffugys, et fori exceptione ad Instantiam
Eiusdem Nfci Donatary sui, suve ejus Successorum
ad Judicium, seu Officium Castrense Opocnense si=
ve Tribunalis Regni Lublinensis tenebitur illo co=
ram Judicio / recessu suprascripto mediante / sem=
per in primo Juris, Citationisq; termino, tan=
quam peremptorio, peremptorie stare, Juri parere,
respondere, comparendoq; damna prædicta Ter=
restria succubita solvere, quibus solutis nihilo=
minus Inscriptioni præsenti Donatariæ in toto
satisfacere, ac omne Judicatum Officij illius
de Jure non excendo pati. Hac sua personali
Recognitione ad premissa mediante in forma ali=
as Donationis plenissima, et de Jure perfectissi=

ma

ma quam manu propria subscripsit: Joachim Potocki C.B.mp. Quam Ejusmodi Donationem sic ut premissum factam, Nos ratam et firmam habentes, haberiq; ab omnibus volentes eam. Ad acta præsentia suscepi, ydem inveri et Parti postulanti authentice extradi permisimus. In quorum fidem etc. Actum ut supra, Relatio Ejusdem Illtrmi Pro Cancellary Rñi.

Sub eodem actu.

Roborant Contractum Mfci Dux Sanguszko et Supremus Rñi Cancellarius Augustus Tertius etc Significamus etc.

Quod coram actis præsentibus Metricis Rñi Cancellariæ Nrâ Minoris personaliter comparentes Mfcus Januszius Alexander in Biały Kowel, Smolany, Ostrog, et Zastaw Dux Lubartowicz Sanguszko Cñsifer Magni Ducatus Lithuania, Capitaneus Czerkasiensis, Mfcorum olim Pauli, Caroli Ducis Sanguszko Mareschalci Supremi Magni Ducatus Lithuania et Mariæ anna Anna de Lubomirskie Conjugum matrimonialiter procreatus Filius ab una atq; Mfcus Joannes Comes in Konskie et Białaczow a Natachowice Natachowski Supremus Regni Cancellarius, Opocznen. Ostrolucen. et Bucznioviensis Capitaneus Partibus ab altera sani mentibus et corporibus existentes a Foro, Terris, Districtibus, et Jurisdictione sua quavis propria et competenti recedendo, presenti verò Nrâ Regia se cum Bonis suis generaliter Omnibus subjiciendo

et in-

et incorporando sponte, palam, libere, ac per ex-
pressum recognoverunt, praesentibusque recognoscunt
Quia Ipsi Contractum Obligatorium Bonorum Bo-
rzechow, Trebanow, Boguslawice, Ruszkow, Godzielin,
Emilow, Brzostowa, Groiec, Wola Groiecka, Jastkow
Glinka, Lodgrodzie, Przepasc, Nietulisko Przeczono-
wice cum Sortibus in Villis Glince, Ostrowek,
Jedrzejew, et Wodzieradz, Oppidi Dekow, tum Vil-
larum Grocholice, Wszewicie, Czerwona Gora,
Zwola, Denkowek, Drzenkowice, Szczucice cum
Sortibus in Villis Jedrzejew, Rzuchow, et Villa
Woynowice in Palatinatu, et Districtu Sando-
mirien. sitt' hic Varsavia Die Decima Quin-
ta Mensis et Anni praesenq inter se Recognoscen-
tes initum et conscriptum, manibus suis propriis
subscriptum, et Sigillis gentilitys communitum,
Vadioq Quadringentorum Millium florenq polon
firmatum in Omnibus ejusdem Contractus pun-
ctis, Clausulis, Articulis, nexibus, et ligamentis
approbant, confirmant, roborant, et ratificant. Ea-
demq vese suis cum Successoribus, tam in toto,
quam in quavis minima Parte satisfacere sub-
mittunt, praesentibusq declarant, Idq sub Vadio
Simulis Summa Quadringentorum Millium flor
polon in Casu eidem Contractui obligatorio in
aliquo Contraventionis, eiq non satisfactionis
ad solvendum irremissibiliter succumbendo. Pro
quo quidem Vadio taliter exinde succubito,
Citata una Pars per aliam Partem scilicet prae-fa-
tum Contractum non tenens nec complens,
ex Instantia alterius Partis Eundem Contra-
ctum in toto tenentis, complentis et exequen-
tis, sive Ejus Successorum ad Judicium sive Of-

ficium

ficium Castrense Sandomiriense, sive Tribunalis Regni Lublinens: recessu suprascripto mediante: semper in primo Juris, Citationisqꝫ Termino tanquam peremptorio, peremptorie stare, Juri parere, respondere, comparendoqꝫ Vadium prædictum succubitum solvere, quo soluto nihilominus eidem Contractui prafato præsentibus roborato in toto satisfacere, Omneqꝫ Judicatum Officij, seu Judicij suprascripti de Jure non exeundo pati, absqꝫ omni dilatione, exceptione, defensione, præscriptione protestatione, evasione, evocatione, Motione et appellatione, earumqꝫ modo quovis, seu per adcitationes quasvis prosecutione tenebitur, Hac sua personali Recognitione ad præmissa mediante In forma aliàs Roborationis plenissima et de Jure perfectissima Quam manibus suis propryis subscripserunt: Januarius Dux Sanguszko Ensifer N. D. Litt. Capitaneus Czerkassensis. J. Malachowski Supremus Rñ Canc:mp. Quam ejusmodi Roborationem sic ut præmissum factam, Nos ratam et firmam habentes, haberiqꝫ ab omnibus volentes, eam ad acta præsentia suscipi, ysdem inseri et Parti postulanti in forma authentica extradi permisimus In quorum fidem etc. actum ut supra, Relatio Ejusdem Illrmi Pro Cancellary Rñ.

Sub eodem actu

Cedit de Jure Patronatus ad Ecclesiam Zapczycen: Mfcus Dux Sanguszko Rndmo Dño Archi Episcopo Gnesnensi.

Augustus Tertius etc. Significamus etc.

Quod coram actis præsentibus Nostrices Rñ Cancellariæ Nræ Minoris personaliter comparens Mfcus Januarius Alexander in Biały Kowel Smolany

Smolany, Ostrog, et Zaslaw Dux Lubartowicz
Sanguszko Ensifer Magni Ducatus Lithuaniæ
Capitaneus Czerkasiensis sanus mente et corpore
existens a Foro, Terris, Districtibus, et Jurisdictio-
ne sua quavis propria et competenti recedendo, pra-
senti vero Rā Regiæ ve cum Bonis suis genera-
liter omnibus subjiciendo et incorporando, sponte
palam, liberè, ac per expressum recognovit, praesen-
tibusq; recognoscit. Quia Ipse de omni et integro
Jure suo Patronatûs et praesentandi ad Ecclesiam
in Bonis Villa Lapczyce in Diœcesi Cracovien-
sibb consistentem, et ad Corpus abbatiæ Tynecen-
sis spectantibus, quod sibi tanquam Haredi Bo-
norum Wisnicz verit, et competit, verò, puro, mere-
ro et irrevocabilis Cessionis titulo Reverendissimo
lato, et ad acta Castrensia Haliciensia Feria Quinta pridie Festi Sc̃æ Maria Magdalena Anno eodem Millesimo Septingentesimo Quadragesimo Sexto inter Creditores prafatos liquidata, adjudicata et ad Bona Kopystyrzyn applicata ac Recognoscentem Consortem et Sororem suprafatam Ipsius legitimè post Fata probati Parentis concernente, et respiciente. Denigò Ipse met Gñus Krajewski Instigator Rñi de Summa Mille florenz Polonz per Eundem olim Gñum Zagwoyski scripto manuali Die Decimia Quinta Decembris Millesimo Septingentesimo Trigesimo Aõ confecto Gño Joanni Rycharski assecurato Decreto memorato Condescensoriali ad Bona recensita Kopystyrzyn regulata et applicata per Eundem vero Gñum Rycharski suprafato Gño Krajewski Instigatori Regni coram actis Castrensibus Varsaviensibus Feria Secunda post Festum Sancti Thoma Apostoli Aõ Millesimo Septingentesimo Quadragesimo Octavo cessa, et transfusa, utrisq; Summis in Bonis prafatis Kopystyrzyn harentibus et se Recognoscentes concernentibus cum omni et integro earundem Summarum Jure, dominio, proprietate, competentia, dictorumq; Bonorum Kopystyrzyn vigore earundem Summarum possessione, jam exnunc et defacto Gño Stanislao Comiti in Wisnicz et Jarostaw S. R. I. Principi Lubomirski Subdapifero Rñi et Ipsius Successoribus cedunt, demittunt et condescendunt, omnesq; et integrum Jus ad praemissas Summas et Bona serviens in Personam Gusdem Gñi Lubomirski Subdapiferi Rñi, et Ipsius Successorum transferunt, et transfundunt plenarie ac de integro. Intromissionem in Bona eadem Kopystyrzyn Summis suprascriptis onerata admittunt, Evictionem generalem cavent, Idq; sub Vadio Summis transfusis correspondenti, Forum Tribunali-

tium

tuum Regni Lublinense, vive aliud quodvis Ter=
restre, aut Castrense ad respondendum perempto=
rie assignando. Et in continenti Is Idem Gnus Kra=
jewski Instigator Rni mediante suprascripto re=
cessu recognovit. Quia Ipse in Recompensam su=
prafata Summa Triginta Millium florenz polonz
de manibus Gni Stanislai Comitis in Wisnicz
et Iarostaw S. R. I. Principis Lubomirski Subda=
piferi Regni ex Bonis Kopystyrzyn per se realiter
levata et percepta Generosis Cristinae de Czornowskie
Krajewska Consorti suae, et Josephae Virgini innupte
et Ipsarum Successoribus, tenetur ac debet, vegs te=
neri debere, de et super Bonis suis generaliter O=
mnibus praecipue Villis Nozewo, Nozewko et alys
suis hareditarys in Palatinatu Masovia Terra
Ciechanoviensi consistentibus in et pro Crastino
Festi Sti Ioannis Baptistae coram Officio Castrensi
Varsaviensi se soluturum una cum suis Succesio=
ribus inscribit et obligat, Idqs sub Vadio similis
Summa Triginta Millium florenz polonz Pro quo ad
coram Judicio Terrestri aut Officio Castrensi quovis
respondebit peremptorie. His suis personalibus Reco=
gnitionibus ad praemissa mediantibus in forma ali=
as Cessionis et Inscriptionis plenissima et de Jure
perfectissima, quam manibus propris subscripserunt,
I. C. Krajewski I. Rzyp. K. Krajewska. Quam Cessio=
di Cessionem et Inscriptionem sic ut praemissum fa=
ctas et recognitas ac de Jure validas habentes
haberiqs ab omnibus volentes eam ad acta presenz
suscipi, ysdem inseri, et Parti postulanti authenti=
cè extradi permisimus. In quorum fidem etc. Actum
ut supra. Relatio Gusdem Illustrissimi, et Excel:
lentissimi Supremi Regni Cancellary.

Actum.

Actum Varsavia Feria
Sexta post Festum Stæ Agi=
dy Abbatis proxima Die
scilicet 4ta Mensis Septem=
bris 1750 Aõ.

Relatio Intromissionis ad Palatium Mfci
Comitis de Ocieszyno Brühl.

Augustus Tertius etc. Significamus etc.
Quod veniens personaliter ad acta praesentia Metri=
ces Regni Cancellaria Nostra Minoris Providus Chri=
stophorus Petrykowski authenticus et Juratus pa=
lam ac libere recognovit. Quia Ipse habitis secum
Generosis Nobilibus Michaele Wegrzecki, et Mathia
Grzybowski sibi Ministeriali Majoris ac evidentioris
testimony gratiâ adhibitis ex officiosa requisitione
Mfci Henrici Comitis de Ocieszyno Brühl Prima=
ry et Intimi Ministri Nostri Piasecenj Lipinenqtj
Capitanei, condescendendo una cum dictis Nobilibus
ad Palatium vitum penes Palatium Nrum a ter=
go horti Religiosorum Reformatorum Conventus
Varsavienj murô circumducti jacens Feria Quarta
post Festum Stæ Agidy Abbatis Die videlicet Secun=
da Mensis et Anni ad praesens currenj, ibidemqs
Eundem Mfcum Requirentem in prafatum Pala=
tium inante Sanguszkowski dictum vigore Con=
tractus Resignatory hic Varsavia Die Vigesima
Quarta Mensis Julij eõ praesenj Millesimo Septin=
gentesimo Quinquagesimo inter Eundem Mfcum
Requirentem ab una et Mfcum Januarium Ale=
xandrum Ducem Lubartowicz Sanguszko En=
siferum M. D. Litt.ae Parte ab altera initi et conscri=
pti manibus ab utrinqs subscripti, damnis Te=
restribus firmati, actusqs praesentibus Feria Se=

cunda

cunda in Crastino Festi Sc̃æ Anna Matris Glo=
riosissimæ Vr̃æ Mariæ Diè scilicet Vigesimæ Septi=
mæ Mensis July Aõ nunc currenti roborati tum
vigore Donationis et quidem primæ itidem coram
Actis præsentibus Feria Secunda in Crastino Festi
Sc̃æ Annæ Matris Gloriosissimæ Vr̃æ Mariæ Diè scili=
cet Vigesimæ Septimæ Mensis July Aõ Millesimo
Septingentesimo Quinquagesimo per Eundem Nr̃um
Sanussium Alexandrum Sanguszko Ensiferum Ma=
gni Ducatus Lithvaniæ in Personam Ejusdem Nr̃i
Requirentis factæ, atq; alterius Feria Sexta post Fe=
stum Sti̇ Bartholomæi Apostoli proximæ Diè scilicet
Vigesimæ Octavæ Mensis Augusti Anno itidem
præsenti per Nr̃am Barbaram Comitissam in Skrzy=
no Duninowna olim Nr̃i Pauli Caroli Ducis Lu=
bartowicz Sanguszko Supremi Mareschalci M. D. Litt̃æ
Consortem derelictam Viduam Matrem suo, & Ma=
gnificorum Josephi, Hieronymi, Joannis, Annæ, Cri=
stinæ et Cunegundis Filiorum, et Filiarum suo=
rum Ducum Sanguszkow cum olim dicto Nr̃o
Paulo Carolo Duce Sanguszko Supremo Mareschal=
co M. D. Litt̃æ procreatorum nomine, itidem in Perso=
nam ejusdem Nr̃i „Henrici“ Comitis Brühl Requirentis
coram Actis præsentibus facta, et recognita intro=
misit, investivit, nemine impugnante, nec modo
quovis contradicente, de quo præsentem fecit Re=
lationem, quam Nos ad acta præsentia suscipi,
Ydem inveri, et Parti postulanti authentice extra=
di permisimus, In quorum fidem etc Actum ut
supra. Relatio Ejusdem Illmi Supremi Rni Can=
cellarij.

Sub eodem actu.

Quietant se mutuo Nr̃us Palatinus Ma=
sovia et Grus Wezyk.

Augu=

Augustus Tertius etc. Significamus etc.
Quod coram Actis praesentibus Metrices Rnū Can=
cellaria Nrā Minoris personaliter comparentes -
Nfeus Stanislaus Ciołek Poniatowski Palatinus
et Generalis Terrarum Masovia, Striensis Capi=
taneus ab una, et Gnūs Joannes Wezyk Exercitu=
um Nrōrum Major Parte ab altera vani mentibus
et corporibus existentes a Foro, Terris, Districtibus,
et Jurisdictione sua quavis propria et competen=
ti recedendo, praesenti verò Nrā Regiā ve cum Bo=
nis suis generaliter omnibus subjiciendo et in cor=
porando, sponte, palam, liberè, ac per expressum reco=
gnoverunt, praesentibusq; recognoscunt. Quia Ipsi-
vese mutuo et ab invicem de Contractu certo Feri=
a Secunda post Festum Sanctissima et Individua
dua Trinitatis proxima Aō Dñi Millesimo Septin=
gentesimo Quadragesimo Sexto Posnaniā ratione
obligationis Bonorum Villarum Hutka, et Nowa=
wies ad Tractum Bonorum Czarnkovienssium spe=
ctantium conscripto manibus suis propryis sub=
scripto, Actis Castrenē Posnanienē roborato Vadio-
Quadraginta Millium florenē polonē firmato, deq;
omnibus pretensionibus ex eadem possessione obli=
gatoria modo quocunq; emanantibus, praevertim
tamen Gnus Wezyk Nfeum Poniatowski Palati=
num Masovia de Summa Quadraginta Millium
florenē polonē in obligationem praedictorum Bono=
rum Hutka, et Nowawies importata Die hodierna
realiter ||exsoluta quietant, absolvunt, deq; suis eum Succes=
soribus ||liberos mittunt, Contractum eum ejus ro=
boratione cassant, et annichilant eviternè. His sui=
is personalibus Recognitionibus ad praemissa me=
diantibus. In forma alias Quietationis mutuae
plenissima, et de Jure perfectissima, quam manibus
propryis

proprys subscripserunt: Stanislaus Ciołek Poniatowski Palatinus Masovia. Jan Wezyk mp. Quam ejusmodi Quietationem sic ut praemissum factam et recognitam, ac, De Jure validam habere haberiq̃ ab omnibus volentes, eam ad Acta praesentia suscipi, ydem inseri et Parti postulanti in forma authentica extradi permisimus. In quorum fidem etc actum ut supra. Relatio Ejusdem Illrmi Supremi Rni Cancellary.

Sub eodem Actu.

Roborant Contractum Nfeus Palatinus Masovia, et Gr̃us Wezyk.

Augustus Tertius etc Significamus etc.

Quod coram Actis praesentibus Metrices Rni Cancellaria Nrã Minoris personaliter comparentes Nfeus Stanislaus Ciołek Poniatowski Palatinus et Generalis Terrarum Masovia, Stryensis Capitaneus ab una, et Generosus Joannes Wezyk Exercituum Nrorũm Major Parte ab altera vani mentibus et corporibus existentes a Foro, Terris, Districtibus, et Jurisdictione sua quavis propria, et competenti recedendo, praesenti verò Nrã Regia se cum Bonis suis generaliter omnibus subjiciendo, et incorporando, sponte, palam, libere, ac per expressum recognoverunt, praesentibusq̃ recognoscunt, Quia Ipsi Contractum certum ratione Bonorum Villarum Klutta, et Nowawies ad Tractum Bonorum Czarnkowiensium spectantium hic Varsavia ao praesenq̃ Dieq̃ hodierna inter se Recognoscentes conscriptum, manibus suis proprys subscriptum, Vadio Septuaginta Quinq̃ Millium florenq̃ polonq̃ vallatum, sibiq̃ per scorsiva exemplaria traditum in omnibus ejusdem Contractus punctis, articulis, nexibus et ligamentis roborant, ratificant, et confirmant, Eundemq̃ inviolabiliter manutenere, observare, et exequi vese inscribunt et obligant

gant, Idq; sub Vadio Septuaginta Quinq; Millium florenę polonicalium irremissibiliter in Casum Contraventionis succumbendo. Pro quo Citati coram Judicio Terrestri, vive Officio Castrensi Posnaniensi suis cum Successoribus respondebunt peremptorie.- His suis personalibus Recognitionibus ad praemissa mediantibus in forma alias Roborationis plenissima, et de Jure perfectissima, quam manibus propryis subscripserunt: Stanislaus Cigtek Poniatowski Palatinus Masovia. Jan Wezyk mp. Quam ejusmodi Roborationem sic ut praemissum factam, et recognitam, ac de Jure validam habentes, habericq; ab omnibus volentes eam ad acta praesentia suscipi,- ysdem inseri, et Parti postulanti in forma authentica extradi permisimus, In quorum fidem etu. Actum ut supra. Relatio Eiusdem Illmi Supremi Rni Cancellary.

Sub eodem Actu.

Cedit Mficus Palatinus Masovia de certis Juribus suis Generoso Wezyk.

Augustus Tertius etu. Significamus etu.

Quod coram Actis praesentibus Metrices Rni Cancellaria Nrae Minoris personaliter comparens Mficus Stanislaus Cotek Poniatowski Palatinus, et Generalis Terrarum Masovia Stryensis Capitaneus, Bonorum Tractus Czarnkoviensę totalium vigore Jurium suorum Dominus, et Possessor, sanus mente et corpore existens a Foro, Terris, Districtibus, et Jurisdictionę sua quavis propria et competenti recedendo, praesenti verō Nrae Regiae ve cum Bonis suis generaliter omnibus subjiciendo et incorporando- sponte, palam, libere, ac per expressum recognovit, praesentibusq; recognoscit. Quia Ipse inhaerendo

Contractui

Contractui anno presenti, dieq; hodierna hic Varsavia inter ve Recognoscentem ab una, & Generosum Joannem Wezyk Exercitus Nostri Majorem Parte ab altera, conscripto. Actis presentibus roborato, Summam Septuaginta Quinq; Millium florenz polonz per Eundem Grum Wezyk sibi Recognoscenti realiter exsolutam, & de qua Contractu suprascripto quietatus est, presentibusq; quietatur; & ex Summis tam de Onere Czarnitoviano, Gembicciano, Grzymultoviano, Naramoviano, et Iwanscziano per ve Recognoscentem a Varys Creditoribus in possesione, et extra possessionem, Bonorum existentibus, pravys officiosis Transactionibus, et Cessionibus quasitis, quàm pro reparatione Bonorum adinventis Decreto ultimario Condescensoriali Feria Secunda post Dominicam Reminiscere Quadragesimalem proxima in fundo Bonorum Oppidi Czarnkow Aõ Dñi Millesimo Septingentesimo Quadragesimo Sexto prolato, ad Acta Castrensia Lanciciensia Feria Quinta post Dominicam Jubilate, expost ad Acta Castrenz Posnanienz Aõ eodem per oblatum porrecto Liquidatis, collatis, adjudicatis, et non solum ad Bona Tractus Czarnkoviensis, verum etiam ad Titulum quasita per olim Nscum Adamum Naramowski Castellanum Kremensem a Serenissimo Rege Polonia Stanislao Leszczynski protunc Palatino Posnaniensi hareditatis applicatis, sibi Recognoscenti servientibus jam exnunc et defacto cum pleno, totaliq; Jure, dominio, proprietate, et parata Bonorum, Villarum Rutka, ac Nowawies, Summa eidem obnoxiorum possessione, premissoq; hareditatis titulõ, nihil pro se, suisq; Successoribus

quo ad

-quo ad præmissam Summam Septuaginta Quinq; Millium florenz polonz, et Bona Rutka, et Nowawies attinet reservando, et excipiendo, in Personam Eiusdem Gsi Joannis Wezyk Succes= sorumq; Eus, cedit, transfert, et transfundit dan= do, et concedendo eidem Gso Cessionario suo plena= riam facultatem, et omnimodam potestatem præ= dicta Bona Rutka, et Nowawies tenendi, haben= di, possidendi, regendi, illisq; utifruendi, et eadem ab alys Bonis Fractus Czarnkovienz per Officium Succamerariale Calissiense dislimitata in suis= metis, limitibus, et graniciebus cum liberis in ali= is Bonis Fractus Czarnkovienz adjacentibus peco= rum Pascuis tum pratis a Bonis Rumer segre= gatis, actu dislimitationis, et Contractu superius mentionato cautis conservandi, Summam præmis= sam Septuaginta Quinq; Millium florenz polonz in Personam cujusvis alterius transfundendi, eandemq; tollendi, et pro meliori Commodo, sui disponendi, In qua quidem Bona Rutka, et Nowawies Summa præ= allegata nunc transfusa obnoxia, Is Idem Recogno= scens Intromissionem libere admittit et dum offici= ose acceptabitur eidem Gso Wezyk admissurum. spondet; Evictionem Generalem ab omnibus et Sin= gulis quarumcunq; Personarum impedimentis in Bonis, ac Summis suis cavet, et inscribit, Eundemq; Gum Cessionarium suum tueri, et evincere appro= mittit; Idq; sub Vadio similli Septuaginta - Quinque Millium florenz polonz. Pro quo Atatus suis cum Successoribus coram Judicio Terrestri sive Officio Castrensi Posnaniensi respondebit. per= emptorie. Hac sua personali Recognitione ad præ= missa mediante. In forma alias Cessionis, Juriq; - transfussionis plenissima, et de Jure perfectissima,

quam

Quam manu propria subscripsit: Stanislaus Ciołek Poniatowski Palatinus Mazovia. Quam E= jusmodi Cessionem, Iurisq; transfusionem, Nos= ratam et firmam ac de Iure validam habentes=, habericq; ab omnibus volentes, eam ad Acta presenz suscipi, eysdem inseri, et Parti postulanti authenti= cè extradi permisimus. In quorum fidem et Actum ut supra. Relatio Eiusdem Illmi Supremi Regni Cancellary.

Actum Varsaviæ Feria Secun= da in Vigilia Festi Nativita= tis Bae Vis Mariæ Die scilicet Septima Mensis 7bris 1750 Ao.

Roborant Contractum Resignatorium Rndus in Xto Pater Episcopus Posnanien, et Nfcus Procancellarius M. D. Litt= Duces Czar= toryscy.

Augustus Tertius etc. Significamus etc. Quod coram actis præsentibus Metrices Rnu Can= cellariæ Nræ Minoris personaliter comparentes, Re= verendus in Christo Pater Theodorus Dux in Ekle= wani, Zutow et Korzec, Czartoryski Episcopus Posna= niensis ab una, et Nfcus Michael Dux in eadem Klewan, et Korzec Czartoryski Procancellarius Ma= gni Ducatus Lithvaniæ, Fratres inter se germani, Parte ab altera, sani mentibus et corporibus exi= stentes a Foro, Terris, Districtibus et Iurisdictio= ne sua quavis propria et competenti recedendo. præsenti verò Nrâ Regiæ se cum Bonis suis gene= raliter omnibus, subjiciendo, et incorporando, spon= tè, palam, liberè, ac per expressum recognoverunt, præsentibusq; recognoscunt. Quòd Ipsi Contra= ctum certum Resignatorium inter se Recogno=

scentes

scentes hic Varsavia Die Decima Sexta Men=
sis July Aõ præsenti Millesimo Septingentesimo
Quinquagesimo, ratione Resignationis Sortium Bo=
norum Ducatûs Korycensis, aliarumq; rerum, et
Conditionum in Contractu eodem contentarum-
initum, confectum, et conscriptum, manibus suis
propryis subscriptum, et sigillis gentilitys commu=
nitum, damnisq; Terrestribus firmatum in Omni=
bus et Singulis ejusdem Contractus Resignatory Con=
ditionibus, punctis, Clausulis, Articulis, nexibus, fo=
ro, damnis Terrestribus, approbant, Confirmant, ro=
borant, et ratificant, illumq; tenere, et eidem in to=
to parere, et satisfacere una cum suis Successori=
bus vese submittunt, inscribunt, et obligant, Idq;
sub damnis Terrestribus simpliciter absq; Jura=
mento Corporali taxandis, et edicendis; Pro quibus
in Casu Contraventionis succumbendis Forum U=
biquinarium Judicy Terrestris, et Officy Castrensis
cujusvis ad respondendum peremptorie. assignan=
do. His suis personalibus Recognitionibus ad præ=
missa mediantibus. In forma alias Roborationis
plenissima, et de Jure perfectissima, quam mani=
bus propryis subscripserunt. Theodorus Kr: Czartory=
ski Epps Posnanien et Varsavien, Michael Prin=
ceps Czartoryski Pro Cancellarius M^D. Litt^a. Quam-
Eusmodi Roborationem sic ut præmissum factam
et recognitam, Nos ratam, gratam, firmam ac de
Jure validam habentes, haberiq; ab omnibus volen=
tes, eam ad Acta præsentia suscipi, ysdem inseri et
Parti postulanti authentice extradi permisimus.
In quorum fidem etc. Actum ut supra. Relatio E=
jusdem Illustrissimi et Excellentissimi Supre=
mi Regni Cancellary.

Sub

Sub eodem Actu.

Donat Bona sua Rndūs in Xto Pater Epp̄us Posnanien. Mfco Procancellario M.D. Lithvaniæ.

Augustus Tertius etc. Significamus etc.

Quod coram Actis præsentibus Metricem Regni Cancellaria Nra Minoris personaliter comparens Rndus in Christo Pater Theodorus Dux in Klewan, Zukow, et Korzec Czartoryski Episcopus Posnaniensis, sanus mente et corpore existens a Foro, Terris, Districtibus, et Jurisdictione sua quavis propria et competenti recedendo, præsenti verò Nostro Regia se cum Bonis suis generaliter omnibus subjiciendo et incorporando, sponte, palam, liberè ac per expressum recognovit, præsentibusq̄ recognoscit. Quia Ipse Bona sua propria et hæreditaria infrascripta, totam videlicet, et integram Sortem Bonorum Ducatus Korcensis, utpote Tractuum Korcensis et Kalnicensis in Palatinatibus partim Kyoviensi et Volhyniæ, partim Bractaviensi consistentium ex Capite olim Magnifica Ducissæ Izabellæ de Ducibus Koreckie Czartoryska Castellanæ Volhyniæ Proavia sui Recognoscentis profectitiam post sterilem decessum Mfci Samuelis Leszczynski Metatoris Castrorum Regni devolutam, seqū Recognoscentem post fata suorum Antecessorum, tam ex Jure successivo et Naturali, quàm ex Jure quæsito a Gō Adamo Comite de Teneczyn, et Czeskarzewice Tarto Capitaneo Goszczynensi legitime erga capita Mfcorum Fratrum suorum spectantem et concernentem, cum omni Bonorum eorundem seu sortis memoratæ, Jure, dominio, proprietate, propinquitate, titulōq̄ hæreditario. Tum cum Op-

pidi

pido. Villis, Villagys ad prædictum Ducatum Korecensem ~~Korecensem~~ spectantibus, Curys, Prædys, Areis, ædificys, Structuris, parvis et magnis Agris, pratis, campis, Sylvis et Indaginibus, aquis, stagnis, piscinis, piscinulis fluvys, fluminibus Torrentibus, ac quarumvis aquarum decursibus, Molendinis, Molendinatoribus, Tabernis Tabernatoribus, nec non Oppidanis, Subditis, Methonibus, Hortulanis, Inquilinis, tam ad præsens in Bonis residentibus, quam profugis, et ubivis commorantibus, Ipsorumq̃ Uxoribus, liberis pecoribus, pecudibus, cunctaq̃ supellectili domestica laboribus, Censibus, datienibus, nec non cum Jure Patronatus præsentandorum, quorumvis Ritus Græci et Latini, Parochorum Bonis ydem servientium omnibusq̃ et Singulisq̃ Bonorum eorundem seu sortis memorata utilitatibus, usibus, fructibus, proventibus, reditibus, attinentyq̃ et pertinentys accommodis, et emolumentis ex ydem Bonis modo quovis provenientibus generaliter universis, nullis penitus exceptis, nec pro se, suisq̃ Successoribus seu alio quopiam reservatis, Sed omnibus in genere et singulis in specie comprehensis jam exnunc et defacto Mco Michaeli Duci in Klewan, Zudow, et Korzec Czartoryski Procancellario M. D. Litt.ae et Ipsius Successoribus dat, donat, inscribit et resignat temporibus perpetuis et in ævum. Intromissionem officiosam Ipsi in prafata Bona præsentibus resignata per Ministerialem Rni Generalem quemvis et Nobiles duos quovis facilius pro tempore conducendos acceptandam liberè dat, et defacto admittit, Pacem cum tuitione et evictione sufficienti cavet et inscribit, Idq̃ sub Damnis Terrestribus simplici verbo absq̃ Juramento corporali taxandis et edicendis in Casu

Contra-

Contraventionis succumbendis, Pro quibus quidem Damnis Terrestribus taliter ut pramissum est taxatis et edictis, ac succubitis, Statu existens suis cum Successoribus, remotis omnibus Iuris dyfugys, et Fori exceptione ad Instantiam Eiusdem Mci Donatary sui, sive Eius Successorum ad Officium seu Iudicium quodvis Terrestre seu Castrense tenebitur illo coram Iudicio recessu suprascripto mediante: semper in primo Juris Citationisq Termino, tanquam peremptorio, peremptorie Stare, Juri parere, respondere, comparendoq damna pradicta Terrestria succubita solvere, quibus solutis Inscriptioni nihilominus presenti Donataria in toto satisfacere, ac omne Iudicatum officy seu Iudicy illius de Iure non exeundo pati, Hac sua personali Recognitione ad præmissa mediante, In forma alias Donationis plenissima, & de Iure perfectissima, quam manu sua propria subscripsit; Theodorus Cr: Czartoryski Epus Posnanien et Varsavien. Quam Eusmodi Donationem Nos ratam, et firmam habentes, haberiq ab omnibus volentes eam ad acta praesentia suscipi, eadem inseri & Parti postulardi in forma authentica extradi permisimus. In quorum fidem etc Actum ut supra. Relatio Eiusdem Illrmi et Ellmi Domini Ioannis Comitis in Konskie et Brataczow a Matachowice Matachowski Supremi Ani Cancellary Opocnen et Ostrolocen Capitanei.

Actum Varsavia Feria Quarta in Crastino Festi Nativitatis Bae Vae Maria Die scilicet Nona Mensis Ibris 1750 Ao.

Roborant Contractum Resignatorum Bonorum Tractus Telechanensis in Palatinatu Brestens Lith. GG. Mniszchowie & G. Oginski

Augustus

Augustus Tertius etc. Significamus etc.
Quod coram Actis praesentibus Metrices Regni
Cancellaria Nrã Minoris personaliter comparen=
tes Gsa Catharina de Zamoyskie Mniszchowa-
Succameraria M D. Littã olim Magnificorum Tho=
ma Zamoyski Palatini Smolenscia cum Nfca
Elisabetha Ducissa Wisniowiecka filia, et respecti=
ve Illustris et Nfci Michaelis Servaty Ducis Kory=
buth Wisniowiecki Palatini Vilnensis Supremi
Ducis Exercituum Magni Ducatus Lithvaniae
et Catharina Dolska Conjugum Neptis, Gsi Joan=
nis de Magna Konczyce Mniszech Succamerary-
M. D. Littã Javorovieny, Szczurovieny, Golabeny Capi=
tanei Consors Bonorum clavis seu Tractus Tele=
chanensis in Palatinatu Brestensi Lithvaniae Di=
strictu Pinscensi vitorum Haeredissa, in Assisten=
tia Ejusdem Mariti sui agens ab una, atq; Gsus
Michael de Kozielsko Oginski Notarius Campe=
stris Magni Ducatus Lithvaniae, Uszpoliensis, Va=
siliensis, Mazanensis, Czeczorscensis Capitaneus Par=
te ab altera vani mentibus et Corporibus existen=
tes, a Foro, Terris, Districtibus et Jurisdictione
sua quavis propria et competenti recedendo, praesen=
ti verò Nrõ Regiae se cum Bonis suis generaliter
omnibus subjiciendo et incorporando, sponte, palam
liberè, ac per expressum recognoverunt, praesentibusq;
recognoscunt. Quia Ipsi Contractum certum Re=
signatorium Bonorum Clavis seu Tractus Tele=
chanensis in Palatinatu Brestensi Lithvania
consistens, Inter se Recognoscentes hic Varsaviae
Die Octava Mensis et Anni nunc currentium
initum, confectum, et conscriptum, manibus su=
is propriis et Amicorum subscriptum, et Sigillis
gentilitys communitum, Vadys in eodem Con=
tractu expressis Zaretki Lithvanico Stylo dictis

tum

tum Damnis Terrestribus firmatum in Omnibus et Singulis Quidem Contractus Resignatory Conditionibus, punctis, Clausulis, Articulis, nexibus, Foro, damnis Terrestribus, ac Vadys approbant, confirmant, roborant, et ratificant, illumqs tenere, et eidem in toto parere, et satisfacere una cum suis Successoribus, sese submittunt, et inscribunt, ac obligant, Idqs sub damnis Terrestribus, simplici verbo, absqs Juramento Corporali taxandis et edicendis. Pro quibus in Casu Contraventionis succumbendis, Forum in eodem Contractu expressum, Sibi, suisqs Successoribus ad respondendum peremptorie, absqs omnibus dilationibus, et exceptionibus assignando et inscribendo. His suis personalibus Recognitionibus ad premissa mediantibus, in forma alias Roborationis plenissima, et de Jure perfectissima. Quam Idem Gsi Recognoscentes manibus suis propryis subscripserunt. Katarzyna z Zamoyskich Mniszchowa, P. W X Lto. Joannes Mniszech Succa: M. D. Lttō. Michał Ogiński P. P. W X. Litt. Quam Gusmodi Roborationem sic ut premissum factam, et recognitam Nos ratam, firmam, ac de Jure validam habentes, habericqs ab omnibus volentes eam ad Acta presentes suscipi, Idem inseri, et Parti postulanti authentice extradi permisimus. In quorum fidem etc Actum ut supra. Relatio Gusdem Illrmi Supremi Regni Cancellary.

Actum Varsavia Feria Quinta post Festum Nativitatis Bae Vis Maria, proxima Die sequenti Decima Mensis Jbris 1750.

Recedit Gus Hieronymus Uminski Praefectus in Exercitu Sae Rae Mtis a Privilegio Super Bona Czernetowie sibi servienti.

Augustus Tertius etc Significamus etc.

Quod coram Actis praesentibus Metricis Regni Cancellaria Nrã Minoris personaliter comparens Gnãs Hieronymus Uminski, Praefectus Leyb Guardia in Exercitu Nro vanus mente, et corpore existens a Foro, Terris, Districtibus, et Iurisdictione sua quavis propria et competenti recedendo, praesenti verò Nrã Regia se cum Bonis suis generaliter omnibus subjiciendo et incorporando, sponte, palam, liberè, ac per expressum recognovit, praesentibusq; recognoscit. Quia Ipse postquam de Cessione Bonorum Czerleniowce per Gnum Antonium Gumowski Capitanum in Exercitu Nro et Reipublica in Personas Gnosorum Josephi de Jenczyn Osolinski Vexilliferi Curiae Nri et Theresiae Stadnicka Conjugum, coram actis Castreng Ramisliens Feria Tertia post Festum Conversionis Sti Pauli proxima Aõ Dni Millesimo Septingentesimo Quadragesimo Nono facta, et acta Latyczoviensia Terrestria Feria Quarta in Vigilia Festi Visitationis Bae Vae Mariae Aõ Dni Millesimo Septingentesimo Quinquagesimo per oblatam porrecta rescisserit, illico a Privilegio sibi a Nobis benigniter Varsavia Die Nona Mensis May Aõ praesenti Millesimo Septingentesimo Quinquagesimo super praedicta Bona Czerleniowce in Palatinatu Podolia Districtu Latyczovieng sitt ac si post Fata Gnĩ Antony Gumowski vacantia collato, et primo ad acta Castrensia Varsaviensia Feria Quarta pridie Festi Sacratissimi Corporis Xti Domini Aõ eodem Millesimo Septingentesimo Quinquagesimo, Demum ad acta Terrestria Latyczoviensia Feria Secunda ante Festum Sti Joannis Baptistae Aõ eodem Millesimo Septingentesimo Quinquagesimo per oblatam porrecto, tanquam ex suprascripta Cessione insubsistenti, et invalido plenarie et integraliter tum quoq; a coepto processu contra praedictum Generosum

nerosum Ossolinscki Vexilliferum Curia Rnu, atqꝫ Manifestationibus quibusvis in præmissis et ratione præmissorum per se factis recedit, nullumqꝫ Jus ad sæpedicta Bona Czerleniowce habere et prætendere, nec cœptum processum continuare se submittit. Hac sua personali Recognitione ad præmissa mediante, in forma alias Recessus plenissima, et de Jure perfectissima, Quam manu propria subscripsit: Hieronymus Uminskiy. Quem Ejusmodi Recessum sic ut præmissum factum ‖ et recognitum ‖ Nos ratum, firmum ac de Jure validum habentes, habereqꝫ ab omnibus volentes eum ad Acta præsens suscipi, eydem inseri, et Parti postulanti authentice extradi permisimus. In quorum fidem etc. Actum ut supra. Relatio Ejusdem Illmi Supremi Rni Cancellary.

Actum Varsavia Feria Tertia in Crastino Festi Exaltationis Sæ Crucis Die scilicet 15 Mensis Septembris 1750 Ao.

Relatio Intromissionis ad Laterificium ad Varsaviam situm Domui Varsaviensi Soc: JEsu Provincia Polona.

Augustus Tertius etc. Significamus etc. Quod veniens personaliter ad acta præsentia Metrices Regni Cancellaria Nrã Minoris Provisus Antonius Borowiecki Ministerialis Rni Generalis Authenticus et Juratus vanus mente et Corpore existens, palam, libere, ac per expressum recognovit. Quia Ipse habitis Secum Generosis Nobilibus Andrea Zebrowski, et Antonio Dzierzanski sibi Ministeriali Majoris, ac evidentioris testimony Gratia adhibitis ex officiosa requisitione Re-

ligiosi

ligiosi Gaspari Borowski Superioris Domici=
ly Varsavien Soc: JEsu Provincia Polona conde=
scendendo una cum dictis Nobilibus ad certos
fundos et Laterificium in Nova Civitate Varsa=
viensi sitt. Die hodierna in Actu contenta
eidemq; ad dictos fundos et Laterificium Eun=
dem Requirentem, ac totum Domicilium Socie=
tatis JESU Varsavien Provincia Polona, vigore Iu=
ris per Nfcum olim Mathiam Kemlada Grabowski
antecedaneum Supremum Rni Thesaurarium co=
ram actis praesentibus Metricis Rni Feria Quin=
ta post Festum Sti Bartholomaei Apli, proxima
Die videlicet Vigesima Septima Mensis augusti ao
ad praesens currenti Millesimo Septingentesimo -
Quinquagesimo in Personam dicti Religiosi Re=
quirentis, ejusq; Succedaneorum Superiorum, ac
totum praedictum Domicilium Varsavien Soc: JEsu
Provincia Polona cessi intromisit, et investivit he=
mine impugnante, nec modo quovis contradicente
de quo praesentem fecit Relationem, quam Nos ad
Acta praesentia suscipi, ipdem inseri, et Parti po=
stulanti authentice extradi permisimus, In quo=
rum fidem etc. Actum ut supra - Relatio Ejusdem
Illrmi Supremi Rni Cancellary.

Sub eodem Actu.

Oblata Juris Communicativi super Advocatiam Radziejoviensem.

Augustus Tertius etc Significamus etc.
Oblatas esse ad Acta praesentia Metrices Rni
Cancellaria Nra Minoris Literas Juris Commu=
nicativi infrascriptas, manu Nra Regia sub=
scriptas, et Sigillo Minoris Cancellaria Rni com=
munitas, sanas, salvas, et illasas, omniq; suspi=
cionis nota carentes tenoris sequentis: Augu=

stus

ius Tertius Dei Gratia, Rex Polonia Magnus Dux Lithvania Russia, Prussia Mavovia, Samogitia, Kyovia Vothynia, Podolia, Podlachia Livonia, Smolenscia, Severia, Czerniechovia q̃s nec non Hareditarius Dux Saxonia et Princeps Elector. Significamus praesentibus Literis Nostris quorum interest Universis et Singulis, Quia Nos habita ratione meritorum Gsi Nicolai Zalesti Notary Terrestris Siniviadislaviens. faciendum esse duximus, ut hoc Idem Ius Advitalitium quod Ipsi super Advocatiam Radziejoviensem cum Villis Prochnowo, Rokitki, et alys in Palatinatu Brestensi Cujavia sitt servit, et competit, Gsõ quoq̃ Barbara de Zychlinskie Consorti Eius legitimae communicaremus et concederemus, uti quidem comunicamus et concedimus praesentibus Literis Nris, ut aut eandem Advocatiam Radziejoviensem cum Omnibus Villis, Aurys, Brædys, adificys, Structuris, Agris campis, hortis pratis, Sylvis Nemoribus, Stagnis lacubus, piscinis, fluvys, Molendinis Braxatorys, tabernis, Subditis, eorumq̃ laboribus, dationibus, censibus, Commodis et emolumentis, atlinentys et pertinentys universis nullis penitus exceptis, sed ita longè, latè et circumferentialiter prout ab antiquis, et immediatis possessoribus tenebatur, aut teneri debebatur, memorati Gsi Zalezkie Conjuges ambo in solidum teneant, habeant, et possideant ad extrema eorum vita tempora. Promittimus autem pro Nobis et Srmis Successoribus Nris, non esse Nos, Sereniss.mosq̃ Successores Nros ab usu et pacifica possessione praedicta Advocatia prafatos Gsos Zalesdie Conjuges amoturos, aut alienaturos, neq̃ amovendi

aut

aut alienandi potestatem cuipiam daturos
sed salvum et integrum Jus advitalitium ysd
conservaturos, Quod et Srmi Successores Nri pre=
stabunt. Ratione cujus advitalitatis solitam Pro=
ventuum Quartam Partem juxta Præscriptum Le=
gum ad Thesaurum Rnu Ravam quot annis
stato tempore inferre tenebuntur. Juribus Nris
Regalibus, Reipublica, Ecclesiaq; Romano Catho=
lica salvis manentibus. In quorum fidem pre=
sentes manu Nra subscriptas, Sigillo Rnu com=
muniri jussimus Datum Varsaviæ Die VIII Men=
sis Augusti Anno Dni M.D.CC.L. Regni vero
Nri XVII Ao. Jus Communicativum super ad=
vocatiam Radziejoviensem in Palatinatu Bre=
stensi Cujavia ill. Gsa Barbara de Zychlinskie
Gsi Nicolai Zaleski Notary Terrestris Juniv la=
dislaviens Consorti legitima, Augustus Rex.
Locus Sigilli Minoris Cancellaria Rnu, Joannes,
Ktosowski Canonicus Cathedralis Premislien sis
Sae Rae Mtis Sigilli Regni Secretarius a tergo E=
jusdem Privilegy tenor verborum sequens est.
Pro Cancellariatu Illrmi Ellmi et Rndsmi Dni
Michaelis Comitis de Granow Wodzicki Deca=
ni Cathedralis Cracovien sis, Abbatis Comenda=
tary, Wachocen. et Czervenen. Pro Cancellary Rnu,
Sigillatum. Quas Cusmodi Literas sic ut pre=
missum oblatas Nos ad acta presen. suscipi,
ysdem inseri et Parti postulanti authentice ex=
tradi, Originale verò restitui: de quo recepto Can=
cellaria presentibus quietatur / permisimus,
In quorum fidem etc. Actum ut supra. Relatio
Eusdem Illustrissimi et Excellentissimi
Supremi Regni Cancellary.

Actum

Actum Varsavia Fe=
ria Tertia in Crastino Festi
Stⁱ Mathaei Apostoli Die sci=
licet 22. Mensis Xbris 1750 Ao.

Quietat Rndus in Xto Pater Dnus -
Dux Czartoryski Epp̃us Posnanien. Ma=
gnificum Ducem Czartoryski Pro Can cel=
larium M. D. Lit^{a}=

Augustus Tertius etc. Significamus etc.
Quod coram Actis praesentibus Metrices Rni Can=
cellariæ Nr̃æ Minoris personaliter comparens Re=
verendus in Xto Pater Dnus Theodorus in Zukow
et Klewan Princeps Czartoryski Episcopus Posnani=
ensis, et Varsaviensis sanus mente et corpore exi=
stens a Foro, Terris, Districtibus, et Jurisdictione -
sua quavis propria et competenti recedendo, prosey
verò Nr̃æ Regiæ se cum Bonis suis generaliter o=
mnibus subjiciendo et incorporando, sponte, palam,
libere, ac per expressum recognovit, praesentibusq;
recognoscit. Quia Ipse Nscum Michaelem eadem
Zukow, Klewan, et Korzec Principem Czartory=
ski Pro Cancellarium Magni Ducatus Lithvaniæ
Fratrem suum germanum, Eiusq; legitimos Suc=
cessores, jam exnunc et defacto de Summa tota &
integra pro pretio Bonorum Ducatus Korecensis
seu Sortium eorundem Bonorum in se Recogno=
scentem, erga caput Ejusdem Illustrissimi Pro Can=
cellary Magni Ducatus Lithvaniæ, et Nsci Au=
gusti Alexandri Palatini, et Generalis Rossiæ Czar=
toryskich post Antecessores suos Jure Successio=
nis devolutarum, et a Nsco Adamo Comite de
Czekarzewice Tarto Capitaneo Goszczynensi zeor=
zivo

ivo Donationis Jure quæsitarum, per sequ Recog=
noscentem coram actis præsentibus Feria Secun=
da in Vigilia Festi Nativitatis Bæ Vis Mariæ
Die scilicet Septima Septembris Aõ præsenti Ei=
dem Magnifico Principi Pro Cancellario M. D. Littº=
resignatarum constituto proveniente Contractu re=
signatorio hic Varsaviæ Die Decima Sexta Mensis
July. Aõ itidem præsenti inter se Recognoscentem, et
Eundem Nscum Principem Czartoryski Pro Cancellari=
um M. D. Littº= inito Actusq; præsentibus Feria su=
pra de Actu expressa circa Resignationem earun=
dem Sortium expressa roborato, ad solvendum ase=
curata, in parte eodem Contractu acquietata, uti
realiter sibi Recognoscenti exsoluta, in Parte verò
in deportationem Onerum, et expensarum applicata
tum de ipsomet eodem Contractu, et roboratione E=
jus quo ad eandem Summam pro pretio spectan=
te, ob præstitam sibi Recognoscenti sufficientem sa=
tisfactionem, realemq; totius et integræ Sum=
mæ pro pretio dictarum Sortium Ducatus Lo=
recensis constitutæ exsolutionem, ac coasumptam
Onerum ex eisdem Sortibus resignatis deporta=
tionem quietat, emittit, et liberum, absolutumq;
cum Successoribus ejus facit, et pronuntiat per=
petuo et in ævum. Hac sua personali Recogni=
tione ad præmissa mediante in forma alias Quieta=
tionis plenissima, et perfectissima, quam manu pro=
pria subscripsit: Theodorus Pr: Czartoryski Epus Po=
snaniensis & Varsaviensis. Quam Ejusmodi Quie=
tationem sic ut præmissum factam et recognitam
Nos ratam firmam ac de Jure Validam habentes, habe=
riq; ab omnibus volentes, eam ad acta præsen[t]e susci=
pi, eidem inseri, et Parti postulanti authentice ex=
fradi

tradi permisimus In quorum fidem et. Actum ut supra. Relatio Quidem Illrmi Supremi Rni Cancellary.

Actum Varsaviæ Feria Quin-
ta post Festum Sti Mathæi A-
postoli proxima Die scilicet 24
Mensis Ibris 1750 Ao.

Oblata Privilegy super Scultetiam Groicc dictam Gso Smoczyński servientis.

Augustus Tertius etc. Significamus etc.

Oblatas esse ad Acta præsentia Metrices Rni Cancellaria Nrã Minoris Literas Privilegy super Scultetiam Groicc dictam Gso Smoczyński, Ipsumq; Successoribus collatas manu Nrã Regia subscriptas, & Sigillo Majoris Cancellaria Rni communitas, sanas, salvas et illæsas, omniq; suspitionis nota carentes tenoris sequentis: Augustus Tertius DEI Gratia Rex Poloniæ, Magnus Dux Lithuaniæ, Russiæ, Prussiæ, Masoviæ, Samogitiæ, Kyoviæ, Volhyniæ Podoliæ, Podlachiæ, Livoniæ, Smolenscia, Severiæ, Czerniechoviæq; nec non Hæreditarius Dux Saxoniæ, et Princeps Elector. Significamus præsentibus Literis Nostris, quorum interest Universis & Singulis. Quia Nos merita Qsi Adalberti Smoczyński Gratiâ ac favore Nrõ pensare cupientes faciendum esse duximus, ut eidem Scultetiam Groicc in Palatinatu Posnaniensi Districtu Costensi, Capitaneatu Babimostensi sitam et jacentem, originaliter post fata olim Qsorum Venceslai, Antony, et Evæ Mariæ, Czamerow alias Rogolskich Conjugum eorumq; Successorum vacantem, seu alio quopiam modo ad Nos, Dispositionemq; Nram Regiam devolutam

volutam, hucusqꝫ vigore Iuris ab olim Qñ Hieronymo Poninski Castellano Rogoznensi Capitaneo Babimostens de ão 1695. pravio Consensu Regio cessi possessam daremus et conferremus, uti quidem praesentibus Literis Nris damus et conferimus, Quam quidem Scultetiam cum omnibus Curys, Praedys, Agris, Pratis, Campis, Sylvis Nemoribus, Stagnis, piscinis, lacubus fluvys, fluminibus Braxatorys Tabernis, Molendinis, Subditis, eorumqꝫ laboribus, Censibus dationibus, Commodis et emolumentis, cunctis denicqꝫ attinentys et pertinentys eò antiquitus spectantibus, nullis penitùs exceptis sed ita prout ab immediatis possessoribus tenebatur Idem Qñs Adalbertus Smoczynski cum Successoribus suis tenebit, habebit, et possidebit ad extrema vita sua, seu Successorum suorum tempora. Promittimus autem pro Nobis et Serenissimis Successoribus Nris, non esse Nos, Srmosqꝫ Successores Nros ab usu et pacifica possessione dictæ Scultetiæ supradictum Qñm Adalbertum Smoczynski amoturos, negꝫ amovendi potestatem cuipiam daturos, sed salvum et integrum Ius Aevitalitium eidem cum Successoribus conservaturos.: salvo tamen Censu ad Arcem Capitaneatus Babimostensis a quovis Possessore pendi solito, idqꝫ quotannis pro Festo Sti Martini per Centum florenos exsolvendo.: Iuribusqꝫ Nris Regalibus Reipublicæ, Ecclesiaqꝫ Romano Catholicæ salvis manentibus. In quorum fidem praesentes manu Nra subscriptas, Sigillo Rnũ Communiri jussimus, Datum Varsaviæ Die XXIV Mensis Septembris ão Dñi MDCCL. Regni verò Nri XVII ão. Scultetia Groice dicta in Capitaneatu Babimostensi ita post Fata olim Grosorum Venceslai, Antony,

Eod.

Eva Maria Garncrow, alias Rogolskich eorumqꝫ Successorum vacans Generoso Adalberto Smoczynski ejusqꝫ Successoribus confertur. Augustus Rex. Locus Sigilli Majoris Cancellaria Regni. Ignatius Ludovicus Nowicki Sae Rs Majestatis Secretarius mpp. Quas ejusmodi Literas sic ut premissum oblatas Nos ad Acta praesentia suscipi, eydem inseri, et Parti postulanti authentice extradi, Originale verò restitui, fideque recepto Cancellaria praesens quietatur, permisimus. In quorum fidem etc. Actum ut supra. Relatio Eiusdem Illrmi Pro Cancellary Regni.

Actum Varsaviæ Feria Sexta post Festum Sti Mathaei Apostoli proxima Die scilicet 25 Mensis Septembris 1750 Annô.

Manifestatur Reverendus in Xto Pater Pro Cancellarius Regni.

Augustus Tertius etc. Significamus etc. Quod venerens personaliter ad Acta praesentia Metrices Rnũ Cancellariæ Nrô Minoris Rndus in Christo Pater Dominus Michaël Comes de Granow Wodzicki Decanus Cathedralis Cracoviensis Abbas Commendatarius Wąchocensis et Czerwienscy Pro Cancellarius Regni, obviando cuivis Indemnitati expost subsequendæ imo debitam habendo curam Summa Quingentorum Millium florenorum Polonicalium Hospitali Cracoviensi per Nros et Generosos Consuccessores Nros olim Tarto Palatini Sandomiriensis determinatæ, sibiqꝫ manifestanti ad levandum præcommissæ, ac tertia Schedu

da exdivisoriali adjuncta de diligentia volen-
niter manifestatur, de et super eo: Quia prafata
Summa Quingentorum Millium florenz polonica-
lium, dum Tertia Scheda Divisoriali simul cum
Bonis Radzice in Palatinatu Masovia existenti-
bus adjuncta sit, prafataqs Bona extra Posse sio-
nem dictorum Consuccessorum existant, unde dif-
ficilis Vindicatio memorata Summa Hospitali Cra-
coviensi ordiriata, per consequens fructus ab ea pro-
venientis eveniri potest, ea propter suprascriptus
Manifestans ratione promissorum iterum, atqs ite-
rum manifestatus est, qudm manu propria sub-
scripsit: M. Wodzicki P. R. Quam ejusmodi ma-
nifestationem sic ut premissum factam et reco-
gnitam, Nos ratam et firmam habentes, haberiqs
ab omnibus volentes, eam ad Acta presentia Me-
trices Regni suscipi, eydem inseri et Parti po-
stulanti authentice extradi permisimus, In
quorum fidem etc. Actum ut supra. Relatio Illu-
strissimi et Excellentissimi, Domini Joannis Co-
mitis in Konskie et Biataczow a Matachowice
Matachowski Supremi Regni Cancellary, O-
pocnensis et Ostrolocensis Capitanei.

Actum Varsavice Sab-
batho post Festum Sti
Mathai Apli proxima
Die scilicet 26 Mensis,
Septembris, A 1750 Anno.

Manifestatur Nobilis Secretarius Ge-
danensis ratione proprietatis sepimen-
ti murati. Augustus Tertius etc. Significamus et,

Quòd

Quod veniens personaliter ad Acta præsentia Metrices Regni Cancellariæ Nrã Minoris Nobilis Joannes Nicolaus Oemchen Civitatis Nostra Gedanensis Secretarius, Quia ipse obviando cuivis futura indemnitati, ac in infrascriptis oriunda sequentibus Annis quæstioni sobennem infert manifestationem de et super eo: Quod quamvis Religiosus Rector, et totum Collegium Varsaviense Scholarum Piarum vigore Decreti Judiciorum Nrorum Assessorialium hic Varsaviæ Feriã Secundã post Festum Sancti Thomæ Apostoli proxima Die scilicet Vigesima Tertia Mensis Decembris, Aõ Dñi Millesimo Septingentesimo Quadragesimo Tertio ex very Partium Controversys prolati, ad Communionem muri per eosdem Rlgos Rectorem et totum Collegium Varsaviense pertinendi Possessores Curiolæ Civitatis Nrã Gedanensis, seu potiùs eandem Civitatem Gedanensem admittere debebant, Quia tamen dictum Collegium sepimentum muratum in hucusq; non extruxerat, de ligno verò exædificatum jam fermè ruebat, et Religiosus Zaleski ejusdem Collegy Rector Paupertate Religiosa sese excusando eundem Nblem Oemchen suis persvasionibus, et Instantys ad ponendum sepimentum muratum persvaserat; Qui quidem Nblis Oemchen ex Mandato Nblis Magistratus Gedanensis, juxta persvasionem ejusdem Rlgi Zaleski prorunc Rlgi Rectoris Collegy prafati

propry

propry Civitatis Gedanensis sumptibus sepimentum muratum ad longitudinem Cubitorum Centum Triginta Novem, ad Latitudinem verò Unius Cubiti, et ad altitudinem Cubitorum Septem Anno praesenti extruxerat, idq; notabilibus praedicta Civitatis Gedanensis sumptibus, et expensis, Ea propter ne successu temporis de eodem sepimento murato fundum seu hortum Gedanens. a fundo dicti Collegy Scholarum Piarum dividente, et respective de proprietate ejusdem muri oriatur, aliquod dubium, vel quastio in recenti, dum praefatum sepimentum muratum nunc per se finitum est, super et de praemissis praedictus Nobis Oemchen nomine totius Civitatis solenniter ad perpetuam rei memoriam manifestatus est. Quam manifestationem manu sua propria subscripsit: Joannes Nicolaus Oemchen Secretarius Civitatis Gedanensis. Quam ejusmodi manifestationem, sic ut praemissum factam, et recognitam, Nos ratam et firmam habentes, haberiq; ab omnibus volentes eam ad Acta praesentia suscipi, eydem inseri, et Parti postulanti in forma authentica extradi permisimus, In quorum fidem etc. Actum ut supra, Relatio Illustrissimi, Ellmi, et Rndmi Dñi Michäelis Comitis de Granow Wodzicki Decani Cathedralis Cracovien, Abbatis Wachocen, et Czervenen Procancellary Rnu.

Sub eodem Actu.

Constituunt Plenipotentes Nfci Comites Brühlowic Conjuges.

Augustus

Augustus Tertuis etc. Significamus. etc
Quod veniens coram Actis præsentibus Metri=
ces Regni Cancellaria Nrã Minoris personali=
ter comparentes Magnificus Henricus Comes de
Ocieszyno Brühl, Primarius, et Intimus Sta=
tûs Nri Minister, Lipiensq; Piasecensq Capitane=
us, et Maria Anna Comitissa de Collowrath
invicem Conjuges, et quidem Nsca Conjunx cum
debita Ejusdem Nsci Mariti sui Authoritate,
et Assistentia sani mentibus et Corporibus exi=
stentes, a Foro, Terris, Districtibus, et Jurisdi=
ctione sua quavis propria, et competenti rece=
dendo, præsenti verò Nrã Regia, se cum Bonis
suis generaliter Omnibus subjiciendo et incor=
porando, sponte, palam, libere, ac per expressum
recognoverunt, præsentibusq; recognoscunt. Quia
Ipsi Gõs Joannem Chrisostomum Krajewski
Instigatorem Rni, et Lucam Kozlowski Secreta=
rium Nrũm in suos veros, legitimos, indubitatos
speciales, ac vadiatos Plenipotentes, eligunt, con=
stituunt, inscribunt, et ordinant, dantes et con=
cedentes Ipsis tam divisim, quàm conjunctim
plenariam facultatem, omnimodamq; et absolu=
tam potestatem, Transactiones quasvis cum qui=
busvis Personis nomine suorum Recognoscan=
tium ineundi, Contractus quosvis, tam respectu
emptionis, quàm venditionis Bonorum in quo=
vis Palatinatu conscribendi, et conficiendi, eos=
demq; Contractus, et Transactiones Nomine Su=
orum Recognoscentium roborandi; actus quosvis
officiosos peragendi, Summas levandi, de leva=
tis

tis quietandi, Bona Terrestria sive Regalia
in Personas suorum Recognoscen. eximendi
ydemq; disponendi, Intromissiones apprehenden-
di, Causas Judiciarias cum quibusvis Perso-
nis occasione cujusvis Negoty in omni Ju-
dicio et Officio Regni Nostri, Majoris sive Mi-
noris Subselly, cujuscunq; Palatinatus, Terra
et Districtus, etiam Tribunalis Rnu Petrico-
vien sive Lublinen, aut Causarum Fisci Rado-
mien habitas et habendas, institutas, et insti-
tuendas promovendi, defendendi, Juramenta
attentandi, Decreta suscipiendi, a Gravaminosis
appellandi, executiones urgendi, et attentandi.
Relationes ad cassandam nomine suorum Reco-
gnoscentium approbandi, alios Plenipotentes in
locum sui substituendi, cæteraq; munia pro
exigentia rerum et Negotiorum legitimos, ac spe-
ciales Plenipotentes concernentia peragendi
et exequendi. Promittentes se id totum, quid-
quid per eosdem Qs̃ speciales Plenipotentes
suos, sive eorum substitutos, actum, gestum,
constitutumq; fuerit pro rato et grato se ac-
Successores suos suscepturos, Idq; sub Vadio
Ducentorum Millium florenorum polonicalium --
Quam quidem Plenipotentiam ydem Nfci Re-
cognoscentes eousq; duraturam, roburq; et va-
lorem suum cum vadio interposito habitu-
ram, quousq; de eadem quietatio authentica
non intercesserit, volunt, praesentibusq; decla-
rant. Hac sua personali Recognitione ad

præmissa

præmissa mediante, In forma aliàs Pleni=
potentiæ plenissima, et de Jure perfectissima
quam manibus suis propryis subscripserunt:
Henricus Comes de Ocieszyno Brühl; Ma=
ria Anna Hrabina de Kollowrath Brühlo=
wa mpp. Quam ejusmodi Plenipotentiam
sic ut præmissum factam et recognitam, Nos
ratam, firmam, ac de Jure validam haben=
tes, haberiq; ab omnibus volentes, eam ad
Acta præsentiâ suscipi, ysdem inseri, et Par=
ti postulanti authenticè extradi permisimus.
In quorum fidem etc Actum ut supra Rela=
tio Ejusdem Illrmi Procancellary Regni.

Sub eodem Actu.

Constituit Plenipotentem Nscus
Comes de Ocieszyno Brühl.

Augustus Tertius etc. Significamus etc.
Quod coram Actis præsentibus Metrices=
Rni Cancellariæ Nræ Minoris personaliter
comparens Nscus Henricus Comes de Ocie=
szyno Brühl Primarius et Intimus Status
Nostri Minister, Lipinensis, Piasecen, Capita=
neus, sanus mente, et corpore existens, a foro
Terris, Districtibus, et Jurisdictione sua qua=
vis propria et competenti recedendo, præsen=
ti verò Nræ Regiæ se cum Bonis suis ge=
neràliter omnibus subjiciendo, et incorporan=
do, sponte, palam, liberè, ac per expressum reco=

gnovit

gnovit, præsentibusq; recognoscit, Quia Ipse Ge=
nerosum Petrum Baronem de Ryacour Consi=
liarium Nrum in suum verum, legitimum indu=
bitatum, ac specialem Plenipotentem, eligit, consti=
tuit, inscribit, et ordinat, dans et concedens Ipsi ple=
nariam facultatem, et omnimodam, absolutamq;
potestatem Transactiones quasvis cum quibusvis
Personis ineundi, et conscribendi, Negotia quævis
rem et interesse sui Recognoscentis tangentia cum
quibusvis Personis officiosè sive privatim tractan=
di, Contractus quosvis conficiendi, eosdemq; no=
mine sui Recognoscentis roborandi, Summas
quasvis levandi, de levatis quietandi, aut pro in=
teresse sui Recognoscentis a quopiam contrahen=
di, Onera, et debita pacificandi, Quietationes ve=
rò in Personam sui Recognoscentis obtinendi,
Causas quasvis in omni Judicio, et officio Nri
Nri promovendi, tuendi, et defendendi, Intromis=
siones in Bona offerendi, et apprehendendi, cæte=
raq; omnia munia, verum, legitimum, ac speci=
alem Plenipotentem concernentia peragendi et
exequendi, Promittens se id totum, quidquid per
eundem Qum specialem Plenipotentem suum
gestum, factum, constitutumq; fuerit pro rato
et grato se ac suos Successores susceptorum, Quam
quidem Plenipotentiam Idem Nscius Recogno=
scens eo usq; duraturam, roburq; ac valorem
suum habituram, Quousq; Quietatio authen=
tica de eadem non interceserit vult præsenti=
busq; declarat, Hac sua personali Recognitio=
ne ad præmissa mediante, In forma aliàs Ple=
nipotentiæ plenissima et de Jure perfectissima,

Quam

tor. Significamus præsentibus Literis Nris, quo=
rum interest Universis, et Singulis. Quia Nos ha=
bita justa consideratione actualium servitiorum
Gñi Joannis Minasowicz, Nostri, et Camera No=
stra Secretarij Nobis prastitorum, à plurimis jam
annis, ulteriusq; prastandorum, volentes illa mu=
nificentiâ Nrâ Regia præmiari, faciendum esse-
duximus, ut Ipsi, et Consorti ejus legitimæ Doro=
thea de Knabe Bona Mensa Nrã Regia utpo=
te Advocatias Suszyca in Gwoździensi, Jasionka
Nasiowa in Wtoszanensi, Tureczki in Rozlucen=
si, et Rosochacz in Ilnicensi Regionibus seu kra=
inis Oeconomia Nra Samboriensi sitas, post fa=
ta ultimorum immediatè possessorum vacantia

ad

ad Dispositionem Nram Regiam devolutû dare-
mus, et conferremus, prout quidem damus et con-
ferimus praesentibus Literis Nris Quas quidem pra-
recensitas Advocatias Ydem Gsi Joannes Minaso-
wicz Eusqs Consors Dorothea de Knabe cum O-
mnibus fundis, Areis, Curys, Brædys, Adificys, A-
gris, pratis, Campis, hortis, Sylvis, Nemoribus, flu-
vys, fluminibus, Stagnis, piscinis, lacubus, Mo-
lendinis Braxatorys, Tabernis, Subditis, conumqs
laboribus, Censibus, dationibus, cunctisqs attinen-
tys, et pertinentys, antiquitùs ad easdem Advoca-
tias spectanz nullis planè exceptis ambo in soli-
dum tenebunt, habebunt, et possidebunt ad extrema
vitæ suæ, aut uno vitâ functo alterius superstì-
tis tempora. Promittimus autem pro Nobis & Se-
renissimis Successoribus Nostris non esse Nos Se-
renissimosqs Successores Nros eosdem Gos Conju-
ges ambos insolidum, seu alterutrum eorum su-
perstitem, ab usu et pacifica possessione memora-
tarum Advocatiarum amoturos, neqs amovendi
cuipiam potestatem daturos, sed salvum, & inte-
grum Jus Advitale eisdem conservaturos. Quod-
et Srnii Successores Nri præstabunt. Ratione cu-
jus Advitalitatis, Onera quævis Oeconomica in
Oeconomia Nra Samboriensi pendi soluta subire
tenebuntur. Juribus Nris Regalibus, Reipubli-
cæ, Ecclesiaqs Romano Catholicæ salvis manen-
tibus. In quorum fidem præsentes manu Nra
subscriptas, Sigillô Nro communiri jussimus. Da-
tum Varsaviæ Die XXX Mensis Septembris Aõ
Domini MDCCL Regni verò Nri XVII Aõ. Ad-

vocatia

vocatiæ in Bonis mensæ Nrã Regiæ in Regionu=
bus Oeconomicæ Samboriens sitt post fata ultimo=
rum Possessorum Gñs Joanni Minasowicz Nostro
et Camera Nrã Secretario Eiusq; Consorti conferun=
tur. Augustus Rex. Locus Sigilli cubicularis. An=
tonius de Glogowa Kossowski Thesaurarius Curiæ
Rni C.S. mpp Quod ejusmodi Privilegium sic ut
præmissum oblatum, Nos ad Acta præsentia susci=
pi, eydem inseri, et Parti postulanti authenticè
extradi, Originale verò rursus eidem Gñ offerenti
restitui permisimus, de quo recepto Cancellariam
quietavit, quietatq; præsentibus, et pro majori fi=
de manu propria sese subscripsit: Joannes Mi=
nasowicz S.R.M. Scrñs mpp. In quorum fidem etc.
Actum ut supra, Relatio Ejusdem Illmi pro Cancella=
ry Rnl.

Actum Varsaviæ Feria
Quarta post Festum Sti Fran=
cisci Confessoris proxima Die
scilicet Septima Mensis Octo=
bris 1750 Añ.

Quietat Adm Rndus in Xto Pater D. Epi=
scopus Cracoviensis Dux Severiæ Genero=
sos Tworowicze.

Augustus Tertius etc. Significamus etc
Quod coram Actis præsentibus Metricæ Rñi Can=
cellariæ Nrã Minoris personaliter comparens Ad=
modum Rndus in Xto Pater Dñus Andreas Sta=
nislaus Kostka in Załuskie Załuski Episco=
pus Cracoviens Dux Severiæ, sanus mente et
corpore existens, a Foro, Terris, Districtibus et
Juris di=

Iurisdictione sua quavis propria et competenti recidendo, praventi verò Nrâ Regiâ, se cum Bonis suis generaliter omnibus subjiciendo et incorporando, sponte, palam, liberè, ac per expressum recognovit, praesentibusq; recognoscit. Quia Ipse Grim Carolum Tworowicz Capitanium in Exercitu Nro, tum Successores Gii olim Michaelis Tworowicz Praefecti Regiminis Artilleria Nri de Summa Octo Millium Florenorum Polonicalium, provisionibusq; ab eadem Summa usq; ad diem hodiernam provenientibus, scripto certo manuali Die Decima Nona Octobris Aó Dni Millesimo Septingentesimo Quadragesimo Tertio hic Varsaviae dato, Actisq; praventibus Metrices Nri Cancellaria ~~Nrâ~~ Minoris Feria Quarta post Festum Sti Martini Episcopi Die scilicet Decima Tertia Mensis Novembris Aó eodem Millesimo Septingentesimo Quadragesimo tertio roborato, adsolvendum assecurata, et appromissa, ob subsecutam suprascriptae Summae Octo Millium florenorum polonorum plenariam satisfactionem, ac ejusdem realem et effectivam exsolutionem, et enumerationem tum de omnibus praedicti scripti punctis, nexibus, et ligamentis, ejusq; roboratione quietat, emittit, liberosq; et absolutos facit, et pronuntiat, perpetuò ac in aevum, scriptumq; praefatum cum ejus roboratione cassat, mortificat, et annihilat, nihil sibi Juris, et praetensionis cujusvis ad recensitos Gos Tworowicze, eorumq; Successores respectu praemissa Summa exsoluta reservando. Hac sua personali Recognitione ad praemissa

mediante

mediante. In forma aliàs Quietationis ple
nissima, et de Iure perfectissima, quam manupro
pria subscripsit: Andreas Zaluski Epp̃us Craco=
vien, Dux Severiæ, Quam ejusmodi Quietatio=
nem, sic ut premissum factam et recognitam,
Nos ratam firmam, ac de Iure validam haben
tes, haberiq; ab omnibus volentes, eam ad A=
cta presentia suscipi, ipsdem inseri, et Parti po=
stulanti authenticè extradi permisimus. In
quorum fidem etc. Actum ut supra. Relatio
Eiusdem Illrm̃i Procancellary Regni.

Sub eodem Actu.

Oblata certa declarationis pro parte Bonorum Sieradow.

Augustus Tertius etc. Significamus etc.
Oblatas esse ad acta presentia Metrices Rñi Can=
cellariæ Nr̃æ Minoris Literas infrascriptas, Polo=
nico Idiomate scriptas, manu Nr̃a Regia subscri=
ptas, et Sigillô Minoris Cancellariæ Rñi com=
munitas, sanas, salvas, et illasas, omniq; pro=
sus suspitionis notâ carentes Tenoris sequen=
tis: August Trzeci z Bozey Laski Król Polski
Wielki Xiąże Litewski, Ruski, Pruski, Mazowi=
ecki, Zmudzki, Kyowski, Wolynski Podolski, Pod=
laski Inflantski, Smolenski, Siewierski, y Czer=
niechowski, a Dziedziczny Xiąże Saski y Ele=
ktor. Oznaymuiemy wszem wobec y każdemu z=
osobna, komu o tym pro presenti et in futurum
wiedzieć należy, y będzie należało. Iż gdy Uro=
dzony Hrabia z Ocieszyna Brühl Pierwszy=

Minister

Minister Nasz Piaseczyński, Lipiński, Polągowski etc Starosta pragnąc zawsze ex zelo suo ku Nam aby wszelkie Intraty Skarb Nasz respicientes co raz bardziey pomnozone były, podat Nam sposob, aby etiam y z Zup Naszych Krolewskich przez wendycyą większą soli, wiekszа Intrata, y pozytek excrescere mogły, y umyslił w Dobrach swoich dziedzicznych Sierakowszczyna nazwanych w Wielkiey Polszcze leżących proprio sumptu suo Depositorium wystawic, y w Nim in No 6000 Beczek Samborskiey a 2000 zieloney Wieliczkiey Soli lokować, Constituto za te Cale Quantum pretio, ktore etiam ex nunc wyliczyć deklarowat/: Jakoż etiam effectuali już do Skarbu naszego zakwitem Kassyera Naszego wyliczył:/ z tą insuper assekuracyą swoią, azeby zawsze w zupełney liczbie toż quantum ut supra wyrazone zostawało Ze ile Soli Beczek przedanych będzie, tyle innych przyimować pro simili pretio ad proportionem prety każdy Beczki ma. My tedy skłaniaiąc się do takowego sposobu, nie tylko na postanowienie, y erygowanie tegoż Depositorium pozwalamy, ale mocznо przyrzekamy, iż takowe wyżey wyrażone quantum tak z Samborskiey, iako y zieloney wieliczki soli, a data praesentis declarationis Nrā do pomienionego Depositorium teraznieyszego kosztem Naszym zwieść, y deponować rozkazemy, y successive de Anno ad Annum cokolwiek ex illo quanto soli przez wendycyą ubędzie, aby zawsze annuatim zupełne quantum takowe utriusqꝫ Salis

w Depo-

w Depositorium zostawało dowozic z składow
Naszych Bydgowskiego kazemy, z ktorych to skła=
dow, et in futurum tenze Urodzony Pierwszy Mi=
nister Nasz postanowione, quantum za kwitami
swemi odbierac, et pro libitu suo dysponowac prze=
dawac zaśo proprio peculio suo do Skarbu Na=
szego kupiona będzie. Daiemy oraz przez niniey=
szą deklaracyą naszę mocną sponsyą y przyrzeka=
my temuz Urodzonemu Hrabi Brühl Pierwszemu
Ministrowi Naszemu. Iż takowa sol zaśo za wła=
sne pieniądze Jego ad Skarbu Naszego kupowana
nullo titulo, colore, ac pratextu pro nunc do Skar=
bu Naszego należy, tak y na czasey przyszłe do te=
goż Skarbu Naszego similiter należec nie ma, y nie
powinna, tylko directivè do tegoz Urodzonego Hra=
bi z Ocieszyna Brühla Pierwszego Ministra Na=
szego, y Sukcessorow Jego należec będzie, Na co dla
lepszey wiary y wagi, ręką własną podpisawszy=
Pieczęc koronną przycisnąć rozkazaliśmy Dan w
Warszawie Dnia V Miesiąca Października Roku
Panskiego MDCCL. Panowania Naszego XVIII Roku.
Augustus Rex. Locus Sigilli Minoris Cancella=
ria Regni. Joannes Ktosowski Canonicus Cathe=
dralis Pramislriensis Sae Regiae Mtis Sigilli Pnu Secretari=
us mpp Deklaracya na postanowienie Deposito=
rum w Dobrach Dziedzicznych w Sieradzkowie Uro=
dzonego Hrabi z Ocieszyna Brühl Pierwszego Na=
szego Ministra, y lokowanie certi quanti soli Sam=
borskiey, y Wieliczkiey. Quas ejusmodi literas sic
ut praemissum oblatas Nos ad Acta praesentia
suscipi, eisdem inseri, et Parti postulanti authen=
ticè

ticè extradi, Originale verò restitui /: de quo re=
cepto Cancellaria praesens quietatur :/ permisi=
mus. In quorum fidem et Actum ut supra Re=
latio Gusdem Illrmi et Rndmi Pro Cancellary Rnī

Sub eodem Actu

Relatio Intromissionis pro parte Nrōrum Comitum Brühlowie Conjugum ad Scultetias in Villis Janczewice, Stomino, et Nova Wola.

Augustus Tertius etc. Significamus etc.
Quod veniens personaliter ad Acta praesentia Metrices Rnī Cancellariā Nrā Minoris Providus Adalbertus Stolarski Ministerialis Rnī Generalis authenticus et Juratus sanus mente et corpore exi, stens, palam, libere, ac per expressum recognovit. — Quia Ipse habitis secum Gūis Nblibus Francisco Sankowski et Josepho Kliński evidentiora testi=
mony Causa sibi ad infraperagenda assumptis ex officiosa requisitione Nrōrum Henerici Comitis de Ocieszyno Brühl Primary et Intimi Ministri Nrī Piasecensis, Lipineng Capitanei, et Maria Anna de Kollowrath Conjugum condescendo ad Scultetias in Villis Janczewice, Stomino, et Nowa Wola sitis et jacentes in Capitaneatibus Piasecensi et Sekc, cineng, Palatinatuq; Masovia consistenq; Die 5ta Octobris Actum praseng precedente in Ao nunc= currenti Millesimo Septingentesimo Quinqua=gesimo, Ibidem eosdem Nrōs Comites Brühle Conjuges requirentes vigore Cessionis coram Ac=tis praesentibus Metricis Rnī, Feria Sexta= post Festum Sti Michaelis Archangeli, proxima Die sci=licet

licet Secunda Mensis Octobris, Annô itidem ad
præsens currenti Millesimo Septingentesimo Quin=
quagesimô per Nbles Josephum Nicinski et Ma=
gdalenam de Zywerty Conjuges, mediante ad id
Consensu Nrô in rem et Personas eorundem Ma=
gnificorum Comitum Brühlow Conjugum Re=
quirentium facta, et recognita in præfatas Scul=
tetias in Villis Janczewice Stomirio et Nowa Wo=
la sitô et jacenz cum supradictis Gris Nobilibus
intromisit, investivit, nemine impugnante, nec
modo quovis contradicente, de quo præsentem su=
am fecit Relationem, Quam Nos ad Acta pra=
sentia suscipi, eadem inseri, et Parti postulanti,
in forma authentica extradi permisimus. In=
quorum fidem etc Actum ut supra. Relatio Qu=
idem Illrmi, Ellmi et Rndsmi Dni Michaelis -
Comitis de Granow Wodzicki Decani Cathedralis
Cracoviensis abbatis Wachocen, et Czervenensis, Pro
Cancellary Rnu.

Actum Varsaviæ Feria Se=
cunda ante Festum Stæ Hedvi=
gis Electæ Viduæ proxima Die
scilicet 12 Mensis Octobris 1750 Do
Roborant Contractum Gris Dmi Dębinski Pin=
cerna Cracovien, nomine Gorum Myszkow=
ski et Gris Mniszech Succamerarius N. D Lith
Augustus Tertius etc. Significamus etc.
Quod coram Actis præsentibus Metrices Rnu Can=
cellariæ Nræ Minoris personaliter comparentes Gris
Joannes Dmi Dębinski Pincerna Palatinatus Cracovien,
Gri Caroli Comitis in Zywiec et Prestowa Stala de
Wielo=

Wielopolskie Marchionis in Mirow Gonzaga Myszkowski Stabuli Regni Præfecti Generalis Minoris Polonia Cracoviensis Capitanei Parentis, necnon Eorum Francisci, Josephi, Ignaty, Constantia, Ludovica, Marianna, et Ursula Wielopolskich filiorum et filiarum cum Gsâ olim Elisabetha de Magna Konczyce Mniszchowna, olim Illustrium, et Nforum Josephi Vandalini de Magna Konczyce Mniszech Castellani Cracoviensis, et Constantiæ de Gekarzewice Tartowna Conjugum filia procreatorum post sterilia fata olim Nfci Joannis de Gekarzewice Tarto Palatini Sandomirien, Generalis Podolia ex cognata erga alios Linea Successorum fratrum et sororum inter se germanorum in Naturali Tutoria suprascripti Gsi Myszkowski Stabuli Rñi Præfecti Parentis sui existentium, coram Actis Castren, Cracovien, Feria Sexta post Dominicam Exaudi Anno ad præsens currenti Millesimo Septingentesimo Quinquagesimo per prænominatum Gsum Myszkowski Stabuli Rñi Prafectum ad infrapera-genda specialiter constitutus Plenipotens Nomine agens ab una, atq; Gsûs Joannes Vandalinus de Magna Konczyce Mniszech Succamerarius N. D. Littæ Jaworovien, Szczurowicen Capitaneus Parte ab altera sani mentibus et Corporibus existentes, a Foro Terris, Districtibus, et-Jurisdictione sua quavis propria et competenti recedendo, præsenti verò Nrâ Regiâ se cum Bonis suis generaliter omnibus subjiciendo et incorporando, sponte, palam, liberè, ac per expressum recognoverunt, præsentibusq; recognoscunt.

Quia

Quia Ipsi Contractum certum Resignatorium
Palaty Varsavia in Platea Senatoriali dicta iti-
die hodierna in Actu contenta hic Varsavia con-
scriptum, manibus ab utrinq; subscriptum Vadio
Quinquaginta Millium florenz polonicalium nec
non damnis Terrestribus firmatum, in omnibus
Eiusdem Contractus Conditionibus, punctis, clausu-
lis, Articulis, nexibus et ligamentis approbant, con-
firmant, roborant, et ratificant, Eidemq; Contractui,
tam in toto, quam in quavis minima parte se su-
is cum Successoribus satisfacere submittunt, præsen
tibusq; declarant, Idq; sub Vadio Quinquaginta
Millium florenz polonz, nec non damnis Terrestri-
bus simplici verbo, absq; Iuramento corporali ta-
xandis, et edicendis per aliquem Partium in Casu
Contraventionis succumbendis. Pro quibus quidem
Vadio, et damnis Terrestribus una Pars contra-
veniens per aliam Partem præfatum Contractum,
tenentem, et adimplentem, citata existens, coram
Iudicio, seu Officio quovis competenti absq; omni-
bus dilationibus, et Fori exceptionie respondebit
peremptorie. His suis personalibus Recognitio-
nibus ad præmissa mediantibus, in forma aliàs
Roborationis plenissima et de Iure perfectissima
quam manibus suis propriis subscripserunt.
Ioannes Dembiński Piscerna Pltus Cracovienz
Ioannes Mniszech Suc: Mgni D. Litt= mpp. Quam
ejusmodi Roborationem sic ut præmissum fa-
ctam et recognitam, Nos ratam, firmam ac de
Iure validam habenz, haberiq; ab omnibus volentes
eam ad Acta præsenz suscipi, ydem inseri et Parti
postulanti authentice extradi permisimus, In quo-
rum fidem et. Actum et Relatio ut supra,

Sub eodem Actu.

Donat Palatium Gr̃us Dembinski Pincerna Cracovien. nomine Gr̃orum Myszkowskich Gr̃o. Mniszech Succamerario M. D. Litt.ae.

Augustus Tertius etc. Significamus etc. Quod coram Actis praesentibus Metricae Regni Cancellariae Nr̃ae Minoris personaliter comparens Gr̃us Joannes Dembinski Pincerna Palatinatus Cracoviensis Gri Caroli Comitis in Zyuriec, et Rieskowa Skala de Wielopolskie Marchionis in Myrow Gonzaga Myszkowski Stabuli Rni Praefecti Generalis Minoris Poloniae Cracoviensis Capitanei Parentis, nec non Gr̃orum Francisci, Josephi, Ignatij, Constantiae, Ludovicae, Marianna, et Ursula Wielopolskich filiorum, et filiarum cum Gr̃a olim Elisabetha de Magna Konczyce Mniszchowna, olim Illustrium, et Magnificorum Josephi Vandalini de magna Konczyce Mniszech Castellani Cracoviensis et Constantiae de Tarty Conjugum filia procreatorum post sterilia fata olim Mfci Joannis de Czekarzewice Tarto Palatini Sandomiriens Generalis Podoliae ex cognata erga alios Linea, Successorum Fratrum et Sororum inter se germanorum in naturali Tutoria suprascripti Gri Myszkowski Stabuli Regni Praefecti Parentis sui existentium coram Actis Castren. Cracovien. Feria Sexta post Dominicam Exaudi Ao ad praesens currenti Millesimo Septingentesimo Quinquagesimo

quagesimo per prænominatum Gsũm Myszko-
wski Stabuli Regni Præfectum ad infra prera-
genda specialiter constitutus Plenipotens sa-
nus mente, et corpore existens a Foro, Terris, Di-
strictibus, et Iurisdictione sua quavis propria,
et competenti recedendo, præsenti verò Nrã Regia
de cum Bonis suis generaliter omnibus subjici-
endo et incorporando, sponte, palam, liberè, ac per
expressum recognovit, præsentibusqꝫ recognoscit:
Quia Ipse Gso Ioanni Vandalino de Magna Kon-
czyce Mniszech Succamerario Magni Ducatus
Lithvaniæ, Jaworoviensi, Szczurovecensi Capita-
neo, Ipsiusqꝫ Successoribus, jam exnunc, et defa-
cto Palatium suorum Constituens proprium et
hæreditarium post fata suprascripti Mfci olim
Ioannis Comitis de Czekarzewice Tarlo Palati-
ni Sandomiriensis, erga alios Consuccessores sub-
alterna Divisione Varsaviæ Die Vigesima Se-
cunda Mensis Augusti Annô ad præsens cur-
renti Millesimo Septingentesimo Quinquage-
simo confecta, et subscripta, Actiqꝫ Metricæ
Rnï roborata devolutum hic Varsaviæ in Pla-
tea Senatoriali dicta ex opposito Conventûs
Religiosorum Reformatorum inter Palatium
suprascripti Gsi Ioannis Vandalini de Ma-
gna Konczyce Mniszech Succamerary Magni
Ducatus Lithvaniæ ex una, atqꝫ Palatium-
Golubski vocitatum ex altera Parte situm cum
omni Iure, dominio proprietate, et hæreditate
dat, donat, et resignat, perpetuò ac in æ̃vum
nihil præfatis Successoribus ad suprascriptu
Palatium cujusvis Iuris, tituli, proprietatis, hæ-
reditatis

reditatis, aut propinquitatis, sive prætenvionis re=
linquendo, aut quoquo modo excipiendo, verum Jus
Ipsorum, dominium, proprietatem, et hæreditatem in
Personam suprafati Gri Mniszech Succamerary Pa=
gni Ducatus Lithvaniæ, illiusq; Successorum ple=
narie transfert, transfundit, et derivat. In quod
quidem Palatium præsentibus donatum Intro=
missionem realem cum pacificâ, et actuali posses=
sione per Ministerialem Rñ Generalem et duos
Nobiles eidem Gño Succamerario M. D. Litt.a dum
voluerit, et affectaverit liberè dat, et admittit, da=
tamq; et admissam nec per se, nec per quasvis=
Personas prapediturum sese submittit. Evictio=
nem cum tuitione in et super omnibus Bonis
sapedictorum Successorum cavet, et inscribit, ac
officiosam Approbationem præsentis Donationis
ab ysdem Successoribus effecturum sese appro=
mittit. Hac sua personali Recognitione ad=
pramissa mediante, in forma alias donatio=
nis plenissima, et de Jure perfectissima, Quam
Idem Gnus Dembinski Pincerna Palatinatus
Cracovien. manu sua propria subscripsit: Jo=
annes Dembinski Pincerna Palatinatus
Cracovien.sis mpp Quam ejusmodi Donatio=
nem sic ut præmissum factam et recogni=
tam Nos ratam, firmam, ac de Jure validam
habentes, haberiq; ab omnibus volentes, eam
ad Acta præsentia suscipi, ysdem inseri, et Par=
ti postulanti authenticè extradi permisimus.
In quorum fidem etc Actum et Relatio ut supra.

Sub

Sub eodem Actu.

Inscribit Summam Octuaginta Mil= lium florenz polonz. Gr̃us Mniszech Succamerarius M. D. Litt.a= Monialibus Varsavienz Sti= Benedicti.

Augustus Tertius etc. Significamus etc. Quod coram Actis praesentibus Metrices Rñi Cancellariae Nrae Minoris personaliter comparens Gr̃us Joannes Vandalinus de Magna Konczyce Mniszech Succamerarius M. D. Litt.a Javorovienz. Szczurow̃ienz Capitaneg vanus mente et corpore existens a Foro, Terris, Districtibus, et Jurisdictione sua quavis priv= priâ et competenti recedendo, praesenti verò No= stra Regia se cum Bonis suis generaliter O= mnibus subjiciendo et incorporando, sponte, palam, liberè, ac per expressum recognovit, pre= sentibusq; recognoscit. Quia Ipse Religiosis, ac Deodicatis Virginibus Superiorissa, totiq; Monasterio Monialium S. Benedicti a con= tinua adoratione Sanctissimi Sacramenti. Varsaviâ existenz. Summam Octuaginta Mil= lium florenz polonz in aureis Hungarica li= bus, quemlibet aureum Hungaricalem per O= ctodecem florenos polonicales numerando in et super Bonis suis generaliter omnibus pra= cipuè tamen super Bonis Zielonki, Lipkow et Prussy in Terra Varsavienz. Palatriatu Ma= sovia sub modo certi, justi, realis, simplicisq; debiti

debiti in et pro crastino Festi Stⁱ Michaelis Archangeli in Aō Deodante venturo Millesimo, Septingentesimo Quinquagesimo Termio, Septingentesimo Quinquagesimo Tertio una cum provisione per Septem a Centum quot annis pendenda inscribit, obligat, et assecurat, eandemq; coram actis Terrestribus, sive Castrensibus Varsavien enumeraturum et exoluturum se suis cum Successoribus submittit. Idq; sub Vadio Similis Summa Octuaginta Millium florenō polonō. Pro quo Actatus Idem Gūs Mniszech Succameraruis M. D. Littᵃ suis cum Successoribus coram Judicio Terrestri Varsavien sive Tribunalis Regni respondebit peremptorie. Hac sua personali Recognitione ad premissa mediante, In forma aliàs Inscriptionis debitoreæ plenissima, et de Jure perfectissima, quam Idem Gūs Recognoscens manu sua propria subscripsit: Joannes Mniszech Suc: M. D. Littᵃ=ny Quam ejusmodi Inscriptionem debitoream, Nos ratam, firmam, ac de Jure validam habentes, haberiq; ab omnibus volentes eam ad acta presentia suscipi, eidem inseri, et Parti postulanti authentice extradi permisimus, In quorum fidem etc. Actum ut supra. Relatio Ejusdem Illustrissimi Pro Cancellary Rnī.

Sub eodem Actu.

Oblata Privilegy Gūs Schmidtorum. Conjugibus servien.

Augustus III etc. Significamus etc

Oblatas

Oblatas esse ad Acta praesentia Metrices Regni Cancellariæ Nrãe Minoris Literas Privilegy infrascriptas, manu Nrã Regia subscriptas, et Sigillô Minoris Cancellariæ Nrî communitas sanas, salvas, et illæsas, omnigq; suspitionis notâ carentes tenoris sequentis: Augustus Tertius Dei Gratia Rex Poloniæ, Magnus Dux Lithvaniæ, Russiæ, Prussiæ, Masovia, Samogitiæ, Kiovia, Volhyniæ, Podoliæ, Podlachiæ, Livoniæ, Smolenscia, Severiæ, Czerniechoviæq; nec non Hæreditarius Dux Saxoniæ, et Princeps Elector. Significamus praesentibus Literis Nostris, quorum interest Universis et Singulis. Quia Nos habentes Recognitionem Servitiorum Nobis præstitorum, ulteriusq; prastandorum Generosi Caroli Francisci Schmidt intimi rerum bellicarum Consiliary Nrî faciendum esse duximus, ut Ipsi et Consorti Ejus legitima Anna de Friese Bona Mensa Nrãe Regiæ in Oeconomia Nrã Samboriensi sita videlicet Villam Czechowa in Palatinatu Russiæ Terra Premisliens, Oeconomiaq; Nrã Samboriensi sitam post fata Gsã Borzecka, Gsi olim Francisci Borzecki Subdapiferi N. D. Litt.ae Consortis Villam Zaluze in Clavi Dublanensi duos et medium Laneum continentem post mortem Gsæ Ustrzycka Advocatiam in Villa Opoka Ditione seu kraina Podbuzensi Tres et medium Laneum continentem, post mortem Gsi Popiel Colonelli Nrî. Tertiam Partem Advocatiæ in Villa Lubochora Ditioneq; Lubochoriensi Tres et Tertiam quartæ Partis Lanei continentem, atq; Advocatiam in

Villa

Villa Anila ejusdem ditionis Lubochoriensis
os Laneos continentem post mortem Gsi Ani=
lawski Laneum supradicta Advocatia in ca=
dem Villa Lubochora post obitum Gregory Komar=
nicki, et fundum certum Zabielow dictum ex=
tra Suburbium Starosolense situm, mediun=
Laneum continentem, Post mortem Gsi Lyskowski
vacantia, et ad Dispositionem Nram Regiam de=
voluta daremus, et conferremus, prout quidem da=
mus et conferimus praesentibus Literis Nostris
quas quidem Advocatias ijdem Gsi Carolus=
Franciscus Schmidt, et Consors ejus Anna de
Fryeze, cum omnibus fundis, Areis, Curys, Pra=
dys, Adificys, agris, pratis, campis, hortis, Syl=
vis Nemoribus, fluvys, fluminibus, Stagnis, Pi=
scinis, lacubus, Molendinis, Braxatorys, tabernis
Sedelitis, eorumq; laboribus, Censibus, dationi=
bus, cunctisq; attinentys, et pertinentys antiqui=
tus ad eadem Bona spectantibus, nullis plane
exceptis, ambo in solidum tenebunt, habebunt, et
possidebunt ad extrema vita eorum tempora.
Promittimus autem pro Nobis, et Srmis Succes=
soribus Nostris, non esse Nos, Srmosq; Successo=
res Nros praedictum Gsum Schmidt et Consor=
tem Ejus ab usu et pacifica possessione memo
ratorum Bonorum in Oeconomia Nra Sam=
boriensi vitorum amoturos, aut alienaturos neq;
amovendi, aut alienandi cuipiam potestatem
daturos, sed salvum et integrum Jus Advitaliti=
um eisdem conservaturos, Quod et Srmi Succes=
sores Nri prastabunt, Ratione cujus Advitalita=

tis

tis solitam Proventuum Quartam ex ijsdem Bonis provenientem quotannis ad Thesaurum Rnũ inferre tenebuntur. Iuribus Nris Regalibus, Reipublicæ, Ecclesiæq; Romano Catholicæ salvis manentibus. In quorum fidem præsentes manu Nra subscriptas Sigillo Rnũ communiri jussimus, Datum Varsaviæ Die VII Mensis Octobris Aõ Dnĩ M.D.CCL Regni verò Nri XVIII Aõ. Bona Mensæ Nræ intro contenta in Ditionibus Oeconomiæ Nræ Samboriensis sita post mortem diversorum Ejs Carolo Francisco Schmidt Intimio rerum Bellicarum Consiliario Nro, et Anna de Frieze Conjugibus conferuntur. Augustus Rex. Locus Sigilli Minoris Cancellariæ Regni Joannes Ktosowski Canonicus Cathedralis Premisliensis Sæ Rae Mtis Sigilli Rnĩ Secretarius mp

a tergo ejusdem Privilegij tenor Verborum sequens est, Pro Cancellariatu Illustrissimi, Excellentissimi, et Reverendissimi Domini Michaelis Comitis de Granow Wodzicki Decani Cathedralis Cracoviensis Abbatis Commendatary Wachocensis, et Czervenensis Pro Cancellary Rnĩ Sigillatum. Quas ejusmodi Literas Privilegij sic ut præmissum oblatas, Nos ad acta præsentia suscipi, ijsdem inseri, et Parti postulanti authentice extradi, Originale vero restitui f: de quo recepto Cancellaria præsentibus quietatur: f: permisimus f: Relatio Ejusdem Illustrissimi, Excellentissimi, et Reverendissimi Dnĩ Michaelis Comitis de Granow Wodzicki Decani Cathedralis Cracoviens Abbatis Wachocens et Czervenen Pro Cancellary Rnĩ f: In quorum fidem etc. Actum ut supra. Sub

Sub eodem Actu.

Oblata Ordinationis Fundatio=
nis Tartoviana pro Educandis Ado=
lescentibus in Collegio Nobilium Var=
saviens Scholarum Piarum

Augustus Tertius etc. Significamus Et
Oblatas esse ad acta præsentia Metrices Rnu
Cancellariæ Nrãe Minoris Literas Ordinatio=
nis Tartoviana Fundationis pro tribus Nobi=
libus Adolescentibus in Collegio Nobilium Var=
saviensi Scholarum Piarum educandis mani=
bus Reverendi in Xtõ Patris Domini Michae=
lis Comitis de Granow Wodzicki Pro Cancellary
Rnu atq Regentis Præfecti, Secretary Collegy Nobi=
lium Varsavien Scholarum Piarum, nec non Re=
ligiosorum, Cypriani Komorowski a Sc Marco Schol:
Piar: Visitatoris Apostolici, et Feliciani Małkolski
a Sc Simone Schol: Piar: Secretary subscriptas, et
Sigillis ejusdem Rdi Procancellary Rnu gentilitio in
cera rubra Hispanica expresso, atq; Rglsi Visita=
toris communitas, sanas, salvas, et illæsas, omniq;
suspitionis notâ carentes Tenoris sequentis: =
Cum vigore Decreti Compromissorialis Aõ Dni
Millesimo, Septingentesimo Quinquagesimo
Die . . . . . emanati, atq; Divisionis
Bonorum et Summarum inter Illustrissimos
trinæ stirpis Successores immortali memoria
dignissimi, et de Religione, ac Patria optimi me=
riti Joannis Comitis in Tęczyn, et Gedarzewi=
ce Tarło Palatini Sandomiriensis ex relictis

in

inpia Legata ab eo Summis Nonaginta florenz
polonz Millia currentis in Regno moneta in Mni=
szchoviana Sortis Schedam Consensu omnium
Successorum devoluta, juxta authentica ejusdem
Divisionis Bonorum Instrumenta, hoc ipso Anno
currente, Die . - - - - - confecta, et Actis Metri=
ces inserta Rni, ex quibus in Subdivisione Suc=
cessionis in Stirpem Mniszchovianam Decem Mil=
lia florenorum apud Illustrissimum Dominum=
Carolum ex Vielopolscys Myszkowski Supremum=
Stabuli Rnu Praefectum, ex Capite Illustrissimæ o=
lim Elisabetha Mniszchowna Uxoris filiæ suæ
Illustrissimi olim Josephi Vandalini Mniszech Su=
premi Mareschalci Rnu, ac postea Castellani Cra=
coviensis, Octuaginta verò Millia florenz apud Il=
lustrissimum Joannem Vandalinum Mniszech
Succamerarum M. D. Litt= eorumq; Successores per
Schedam primia ex tribus Sortibus Subdivisori=
am haserunt, in rem et Fundationem Varsavien=
Collegy Nobilium Schol: Piar: cesserint, de qua=
Summa Nonaginta Millium pradicti mox Illu=
strissimi Successores Jarloviani omnes debitas
Transactiones Deo dante Leopoli, Anno proxi=
mo 1751 in actis Castrensibus Leopolien=ibus
cum dicto Collegio sese futuros promiserunt et=
spoponderunt circa proxima Epiphania dies, Il=
lustrissimus et Rndmus Dnus Michael de Gra=
now Wodzicki Vice Cancellarius Rni Decanus=
Cracovien=sis, Wachocen=, Czerveneñ etc Abbas, tam
a Sacra Regia Majestate Augusto Tertio Rege Po=
lonia, D. N. C. Testamentorum et naturali et per
pie defunctum Palatinum Sandomiria humil
limi=

limè exorato Protectore, et Defensore pro Parte, et authoritate Regia specialiter destinatus, quam ab eodem pie defuncto Palatino electus, expetitus, et scripto ultima voluntatis designatus, atq; ab omnibus Illustrissimis Successoribus recognitus, Testamenti ejusdem Protector, et ultimarum voluntatum Executor, q Conventione facta, et scriptis, authenticis Aõ currenti 1750 Die - - - - - Cum omnibus truim stirpium Illustrissimis Successoribus, Rzewuscys, Principibus Lubomirscys, et Comitibus Mniszech robo-rata, ex eorum Consensu, acceptatione, et ratihabitione prævia, Triginta Millibus florenq polonq ex dicta Summa Nonaginta Millium florenq, in parata pecunia enumerandis, in continuationem capta splendida Collegy Nobilium Fabrica destinatis, reliqua vero Summa Sexaginta Millia florenq in perpetuam fundationem pro tribus, nobilibus Juvenibus in eodem Collegio educandis, relicta pro censu perpetuò Sex a centum ab Illrmõ Succamerario Magni Ducatus Lithvaniæ, Ejusq; Successoribus pendendo, talem in reliquo circa eandem Fundationem Trium Juvenum Nobilium, Ordinationem, Dispositionem et Conditiones perpetuas, cum prædicta Successorum acceptatione et ~~consensu~~ consensu confecit, ac Rndis, et Religiosis Patribus Stanislao Konarski

ski Schol: Piar: Regenti Collegy Nobilium et Exprovinciali, totiq; Communitati ejusdem Collegy Nobilium Schol: Piar: obtulit: Quod nimirum pradicti tres Nobiles Juvenes praesentari debebunt Patri Regenti Collegy Nobilium, a tribus Successorum stirpibus, scilicet a primo ex quavis stirpe, utinunc ex stirpe Rzewusciana ab Illustrissimo Rzewuski Magno Regni Notario, et Stirpe Lubomirsciana, a Celsissimo Principe Antonio Lubomirski Praefecto Casimiria Generali Exercituum Rni, ex Stirpe Mniszchoviana ab Illustrissimo Georgio Vandalino Mniszech Mareschalco Curiæ Rni, quos Patres Regentes Collegy tempestivè edocere debent, quoties novorum Adolescentum praesentandorum tempus aderit, praesentabuntur autem juxta mentem Testatoris, Imprimis ex nomine, vel Consanguineis Domus Tarloviana, Quod si nullus, qui hanc necessitatem habuerit ex ys reperiretur, tum praesentabuntur tales Juvenes Nobiles, qui omnibus alys, in hoc Collegio Nobilium pares sint, nec eorum Parentes vilvore aliquo officio, servitio, famulatu obligati sint, vel fuerint, ne inter Juvenes "inde" Contentiones, dissensiones, contemptusq; alicujus occasiones oriantur, nihilominùs cum in subsidium verè indigentium Nobilium hæc fundatio fiat, tales nullo modo praesentabuntur, nec acceptari poterunt, qui alibinde, vel ex

sua

sua Domo ad bonam educationem, sive in
hoc Collegio, sive alibi modum aluim ha-
bere poterunt, in quo Conscientia tam pra-
sentantium, quam Collegy Regentium requi-
ritur, ut vera, pricq; fundationi satisfiat. Col-
legium verò tales Nobiles Juvenes aquè, ut-
alios omnes Convictores, alere, sustentare, fa-
mulum Collegy illuis assignare, educationemq;
omnem illis in Christianis moribus, et Bonis
Artibus, Scientysq; Lingva Gallica et Germa-
nica pro captu eorum dare, et aqualiter eos,
cum alys tractare tenebitur. Sed Magistri-
quales sunt, Armorum, Chorearum, Equestri-
um Exercitationum, delineationis, Musices
et similes, qui a Parte conduci, solvicq; debent
a Parentibus, si illos voluerint, non a Collegio
solventur, uti et ab aliorum Convictorum Pa-
rentibus apartè solvi solent. Item pari modo
vestimenta omnia honesta, et locum hunc de-
centia ad morem uniformem omnibus Convi-
ctoribus in hoc Collegio introducendum con-
formia. Item, lectisternia, lineam suppellecti-
lem, libros, et res hujusmodi in usum pertinen-
tes, Parentes dictorum Juvenum, sive qui-
cunq; eorum Curam, ac Tutelam habebunt
illis provisdere semper tenebuntur, non Collegi-
um. Tempus Ordinarium, quo uniuscujusq;
educatio durabit erit Annorum quatuor, vel
ad plurimum si talia studia incaperint, qua

continuare

continuare omnino debeant Annorum quin=
que. Quo tempore elabente communiti, ut=
supra dictum est illi, ad quos Jus praesenta=
tionis pertinet, alios praesentabunt, si aliquis
ex dictis Juvenibus penitus immorigerus o=
mnino indocilis, ac incorrigibilis esset, ne ali=
os inficiat, cum scitu ejus, qui praesentavit,
maturius a Regente Collegij dimittetur, et a=
lius a quo de Jure praesentabitur. Pro Vacati=
onibus aut Festis, seu alijs quibuscunq; die=
bus, nunquam ex Collegio a quocunq; exporta=
buntur, toto Educationis tempore, neq; supra=
dicti eorum Patroni, quamdiu dicti Juvenes
nobiles in Collegio erunt, ullis eorum uten=
tur obsequijs, neq; eos extra horas a Collegio
concessas unquam evocabunt, Dicti Juvenes
in Festo Sti Joannis Baptista quotannis=
Sanctam Communionem absolvere pro anima
Joannis Fundatoris, quamdiu in Collegio e=
runt tenebuntur. praeter obligationem quotidi=
ani pro eodem Psalmi= De pro-fundis et. Sin=
gulis verò Annis specimina profectus sui Pa=
tronis suis circà medios July transmittere
in scripto obligabuntur, in fine verò educa=
tionis sua specimina pariter ex omnibus=
quas tractarunt scholis et Lectionibus si=
mul omnia, uti ex lingua latina, Gallica, Ger=
manica, ex Studio eloquentiae, Philosophia,
Historia, Geographia, Geometria, et simili=
bus bona scriptura mandare pariter suis=

Patronis

Patronis obstringentur. Præterea Illrmus Pro=
Cancellarius tanquam Testamenti Protector
Patres Collegy Nobilium obligat, et adstringit,
ad duo Anniversaria, unum in Festino Sti=
Joannis Baptistæ, alterum Die 15ta January
pro animâ piè defuncti Joannis Carlo Pa=
latini Sandomiriæ absolvenda. Pro horum
ergo trium Juvenum piâ, utilique educatio=
ne, ac pro mox dicta Anniversariorum obli=
gatione supradicta Sexaginta Millia floren
Polonæ monetæ currentis in aureis 3333 et
florenis 6. destinata sunt, ex quibus reditus
perpetuus Mille Ducentorum floren Polonico=
rum pro uno quotannis provenire debet, si
verò aliquando fortasse solvere negligerent,
integrum hunc Censum illi in quorum ma=
nibus Summa Capitalis hærebit, Collegium=
alumnum dimittet alumnique non recipiet, donec damnum
subtracti diminuti, neglectique Census restitu=
atur, et compensetur, salvo semper ad compe=
tens Forum legitimo Partibus recursu. Preter
verò supradicta Triginta Millia floren in pa=
rata pecunia pro continuatione Fabricæ e=
numerandorum adhuc per Annos Quatuor
a Termino Leopoli destinando prædictus Cen=
sus Sex a Centum a Summa Sexaginta Mil=
lium proveniens integris quatuor annis pro
continuatione murorum ejusdem Fabricæ con=
vertetur, quod efficit Summam Quatuordecem
Millia Quadringentorum floren Polonicorum

adeoq;

adeoqȝ nonnisi post finitos quatuor annos primi Nobiles Juvenes ad Collegium hoc admittendi præsentabuntur, idqȝ totum ex provia cum Successoribus conventione Ordinationem itaqȝ dispositiones, et Conditiones præsentes ab Illrīmo Vice Cancellario Regni tanquam Regio, et a pie defuncto Palatino singularissimo Benefactore Collegy destinato atqȝ ab Illrīmis Successoribus recognito Testamenti Protectore oblatas, Pater Regens prædictus, et Collegy Nobilium Schol: Piar: communitas, legit, acceptavit, atqȝ perpetuam earum omnium observantiam, et executionem pro se, suisqȝ Successoribus sanctè appromisit, et præsens in Ordinationis Instrumentum cum appositione Sigilli Collegy manibus propryis subscripsit: Illustrissimus verò ac Reverendissimus Testamenti Protector, ac Prior in eo Legatorum Executor, sua quoqȝ ex Parte idem sua Ordinationis Instrumentum manu propria subscripsit: suoqȝ Sigillo communiri fecit, et pro perpetuo rei munimento actis Metricis Rnī illud inseri mandavit Aō Dnī Millesimo, Septingentesimo Quinquagesimo Die . . . . . Michael Wodzicki Procancellarius Rnī, utī Executor Testamenti mp. Locus Sigilli Gentilitij in cera rubra Hispanica expressi. Stanislaus Konarski à Sō Laur: SP. Regens C. N. mp. Augustinus Orłowski a Sō Stanislao

Stanislao Præfectus Collegy Nob: mp. Anto=
nuis Wisniewski a Sc̃o Samuele S.P. Profes=
sor Phiæ, et Matheseos, Secretarius Capitulimp
Omnia supradicta, quantum Superiores
ac Religiosos Collegy Nobilium nunc et
futuris perpetuis temporibus obligant, ac=
cepto, approbo, & confirmo, authoritate a San=
ctissimo Dño Nro Benedicto XIV mihi con=
cessa, manuq; propria subscribo Varsaviæ Die
et Anno ut supra. Cyprianus Komorowski
a Sc̃o Marco Schol: Piar: Visitator apostoli=
cus mp. Locus Sigilli Ejusdem Rligsi Visi=
tatoris, Felicianus Małolski a Sc̃o Simone
S.P Secretarius mpp. Quas ejusmodi Literas
vic ut præmissum oblatas, Nos ad acta præsen=
tes suscipi, ijsdem inseri, et Parti postulanti au=
thenticè extradi, Originale vero restitui, f: de
quo recepto Cancellaria præsens quietatur f: per=
misimus. In quorum fidem etc. Actum ut su=
pra. Relatio Ejusdem Illmi Pro Cancellary Dñi.

Actum Varsavia Fe=
ria Secunda ante Festũ
Sc̃æ Agnetis Vc̃æ proxima Die
scilicet Decima Octava
Mensis January Aõ Dñi
Millesimo Septingentesimo
Quinquagesimo Primo.

Juramentum per Ejus Consiliarium Stein=
hauser præstitum.

Augustus.

Augustus Tertuis etc. Significamus etc.
Quod coram Actis praesentibus Metrices Rnu
Cancellariâ Nrã Minoris personaliter constitutus Qñs Joannes Benjamin Steinhauser
Consiliariuis Noster satisfaciendo Decreto Officy
Castrensis, Capitanealis Cracoviensis interemdemmet Qñm Steinhauser ab una, atq; Generosum Laurentium Lanckoronski Capitaneum Stobnicensem Parte ab altera Feria Quinta post Festum Sti Luca Evangelista proxima
Aõ Dñi Millesimo, Septingentesimo Quinquagesimo ex verys Controversys prolato Juramentum in eam rotam. Ja Jan Benjamin przysięgam Panu Bogu wszechmogącemu w Troycy
Swiętey Jedynemu, Jako z Summy Originalney Dwadzieścia Osm Tysięcy Pięcset Osm
Złotych, groszy dwadzieścia Cztery Polskich rzetelnie pozyczanym, a nie inszym sposobem, (zerwony Złoty rachuiąc po Złotych Siedmnascie
Groszy dziewięc, y szelągu iednym Polskich Imc
Panu Staroscie Stopnickiemu roznymi czasy
według moiey Konnotaty w Sądzie produkowaney, y ręką własną podpisaney, wydaney, wytrzciwszy Summki Kondonowane, y te, ktore roznym sposobem, odebratem Summę Siedmnascie Tysięcy Dziewięcset, Dziewięcdziesiąt złotych Polskich, y Groszy Sześć wynoszące, reszty to iest,
Dziesięc Tysięcy Pięcset Osmnascie Złotych
y Groszy Osmnascie Polskich od Imci Pana
Starosty Stopnickiego sprawiedliwie mi przy-

chodzi

chodzi, y oddac mi one powinien. Tak mi po-
moż Panie Boże, y Synka Jego niewinna Me-
ka. in praesentia Mfci Joannis Comitis in Kon-
skie, et Bialaczew a Natachowice Natacho-
wski Supremi Rni Cancellary Opocznen-
sis Ostrolocensis et Capitanei. observatis Juris ju-
randi solennitatibus, rotivante Nobili Lau-
rentio Kierzniowski Ministeriali Rni Genera-
li praestitit, et explevit. Quod quidem Juramen-
tum ad acta praesentia Metricis Rni Cancel-
laria Minoris suscipi, ipsdem inseri, et Parti po-
stulanti authentice extradi permisimus, In
Quorum fidem etc. Actum supra- Relatio Il-
lustrissimi et Excellentissimi Dni Joannis Co-
mitis in Konskie et Bialaczow a Natacho-
wice Natachowski Supremi Rni Cancellary
Opocnens, Ostrolocens, et Bucznioviensis Capi-
tanei.

Sub eodem Actu

Quietat Gnus Steinhauser Nomi-
ne Thesauri Smae Reginae Mfcum
Palatinum Cracovien, de Summa
Duorum Millium Aureorum Hun-
garicalium.

Augustus Tertuis etc. Significamus etc.
Quod coram Actis praesentibus Metricis Rni
Cancellaria Nrae p Minoris personaliter compa-
rens Gnus Joannes Benjamin Steinhauser Con-
siliarius Noster Nomine, et pro Parte Thesauri
Smae

Smãe Josephæ Mariæ Consortis Nrãe Charissi-
mæ uti Plenipotens agens, sanus mente,
et corpore existens, a Foro, Terris, Districti-
bus, et Jurisdictione sua quavis propria, et
competenti recedendo, præsenti verò Nrã Re-
giã se cum Bonis suis generaliter omni-
bus subjiciendo, et incorporando sponte, pa-
lam, liberè, ac per expressum recognovit, præ-
sentibusq; recognoscit: Quòd Ipse inhærendo
Contractui Arendatario Capitaneatus Grode-
censis hic Varsaviæ Die Vigesimia Tertia
Mensis Novembris Annõ Dñi Millesimo Se-
ptingentesimo Quadragesimo Octavo cum-
Nsõ Joanne Clemente Comite de Ruszcza
in Tyczyn, Tykoczyn, et Branice Branicki
Palatino Cracoviensi Duce Campestri Exercitu-
um Rnõ, Branscensi, Bielscensi, Krosnensi,
Noscicensi Capitaneo inito et concluso, Eun-
dem Nsm̃ Palatinum Cracoviensem Ipsi-
usq; Successores de Summa Duorum Millium
Aureorum Hungaricalium in specie pro rata
scilicet medy Anni Incipientis a Festo Circum-
cisionis Christi Dñi anni nunc currentis Mil-
lesimi, Septingentesimi Quinquagesimi Primi
et pro Festo Nativitatis Sti Joannis Baptistæ
Anni ejusdem terminandi, ex Tenuta Capita-
neatus prafati Grodecensis, Juri Reformato-
rio Serenissimæ Conjugis Nrãe subjecti pro-
venienti realiter et effective in parata pecu-
nia enumerata, et exoluta quietat, et absolu-

tum

tum mittit, nihil prætextus, et prætensio-
nis intuitu prafata Summa superiùs ex-
pressa, prædicto Thesauro reservat, aut quoquo
modo excipit. Hac sua personali Recogniti-
one ad præmissa mediante, In forma aliàs -
Quietationis plenissima et de Jure perfectis-
sima, Quam manu propria subscripsit: Jan
Benjamin Steinhauser. Quam ejusmodi quie-
tationem, sic ut præmissum factam Nos ra-
tam, firmam, ac de Jure validam habentes
habericq; ab omnibus volentes, eam ad Acta
præsentia suscipi, ysdem inseri, et Parti postu-
lanti authenticè extradi permisimus In quo-
rum fidem etc. Actum ut supra. Relatio Ejusd
Illrmi et Ellmi Supremi Cancellary Rnu.

Actum Varsavia Feria
Secunda in Crastino Domi-
nicæ Septuagesimæ Die sci-
licet Octava. Mensis Febru-
ary Aõ Dñi 1751.

Roborant Contractum Mfcũs Ponià-
towski Palatinus Masovia et Gũs
Mniszech Succamerarius M.D. Lttæ

Augustus Tertius etc. Significamus etc.

Quod coram actis præsentibus Metricæ Rnu
Cancellariæ Nrã Minoris personaliter compa-
rentes Mfcũs Stanislaus Ciotek in Jazto-
wiec Poniatowski Palatinus et Generalis Terrarum Ma-
sovia ab una, atq; Gũs Joannes Vandali-
nus

nus de Magna Konczyce Mniszech Succa-
merarius M. D. Litt.ae Jaworovienę, Szczurovienę
Capitaneus Parte ab altera sani mentibus
et Corporibus existentes, a Foro, Terris, Distri-
ctibus et Jurisdictionibus suis quibusvis
proprijs, et competentibus recedendo, praesenti
verò Nrā Regia, se cum Bonis suis genera-
liter omnibus subjiciendo et incorporando,
sponte, palam, liberè ac per expressum recogno-
verunt, praesentibusq; recognoscunt. Quia Ipsi
Contractum certum respectu Cessionis, seu Trans-
fusionis Summa Quadringentorum Millium
Florenę Polonę super Capitaneatu Premisliensi
harentis, hic Varsavia Die Sexta Mensis Se-
ptembris Anno immediate praeterito Millesi-
mo Septingentesimo, Quinquagesimo con-
scriptum, manibus ab utriq; subscriptum,
et Sigillis gentilitys communitum; Vadioq;
Quadringentorum, Millium florenę polonę fir-
matum, et ad acta Castrensia Premisliensia
Feria Tertia in Crastino Festi Conversionis
Sti Pauli Apostoli Anno praesenti Millesimo
Septingentesimo Quinquagesimo Primo per-
oblatam porrectum in omnibus episdem Con-
tractus, Contentis, punctis, Clausulis, Articu-
lis, Nexibus et ligamentis approbant, confirmant,
roborant, et ratificant, Eidemq; Contractui tam
in toto, quàm in quavis minima parte ejus
dem se suis cum Successoribus satisfacere sub-
mittunt, praesentibusq; declarant, Idq; sub Va-
dio

dio similis Summa Quadringentorum Millium florenę Polonę in Casu eidem Con: tractui in aliquo per aliquam Partium Con. traventionis irremissibiliter succumbendo. Pro quo quidem Vadio taliter succubitō Citata- Una Pars Contravenięns per aliam Partem prafatum Contractum manutenentem et ad- implentem, ad Officium quodvis competens - existens suis cum Successoribus tenebitur il- lo coram Judicio [3]sive [2]Officio recessu suprascri- pto mediante, semper in primo Juris, Cita- tionisqꝫ Termino peremptorie stare, Juri pa- rere, comparendoqꝫ Vadium prądictum taliter exinde Succubitum solvere, Quo soluto nihilo- minùs praventi. Contractui in toto satisface- re, et omne Judicatum de Jure non exeundo, pati, absqꝫ omni dilatione, defensione, excepti- one, prascriptione, protestatione, evasione, evo- catione, motione, et appellatione, earumqꝫ mo- do, quovis, seu per adcitationes quasvis prose- cutione. His suis personalibus Recognitioni- bus ad pramissa mediantibus, In forma aliàs Roborationis plenissima, et de Jure perfectissima quam Ydem Recognoscentes manibus suis propryꝭ subscripserunt: Stanislaw Ciołek Po- niatowski Woiewoda Mazowiecki. Joannes Mniszech Suc: Magni Duc: Litt^o mpp Quam- ejusmodi Roborationem sic ut pramissum fa- ctam et recognitam, Nos ratam, firmam, ac de Jure validam habentes, habęriqꝫ ab omnibus

volentes

volentes, eam ad acta praesentia suscipi, ypsidem iniveri, et Parti postulanti authenticè extradi permisimus. In quorum fidem et Actum ut supra. Relatio Quidem Illrmi Supremi Rni Cancellary.

Actum Varsaviæ Feria Quarta post Dominicam Quadragesimæ proximæ Die scilicet Tertia Mensis Marty 1751. Aõ.

Substituit Plenipotentes Gsiùs Fabrycy Decretorum Curiæ Rnī Notarius.

Augustus Tertius etc. Significamus etc.

Quod coram actis praesentibus Metrices Rnī Cancellariæ Nrā Minoris personaliter comparens Generosus Adamus, Antonius bini Nominis Fabrycy. Decretorum Curiæ Rnī Assessoralium Notariis sanus mente, et corpore existens, a Foro, Terris, Districtibus, et Jurisdictione sua quavis propria, et competenti recedendo, praesenti verò Nrā Regiæ, se cum Bonis suis generaliter omnibus subjiciendo et incorporando, sponte, palam, liberè, ac per expressum recognovit, praesentibusq; recognoscit. Qua Ipse vigore Plenipotentiæ, a Volu Michaele Awedyk Ecclesiarum Metropolitanæ Gnesnen, et insignis Collegiatæ Lovicien Canonico, Curiæ Rnōmi Primatis, Auditore Generali, et Judice coram Actis Castrensibus Ravensibus Feriâ Quinta post Dominicam Quinquagesimæ proximæ Aõ

ad

ad præsens currenti Millesimo Septingente-
simo Quinquagesimo Primo in Personam su-
am factæ, et inscriptæ suo et ejusdem Vbli-
Awedyk nomine Pōs ac Nblēs Valentinum
Puchata, Baltazarum Jasinski, Regentem ca-
strensem Cernens, Thomam Zaborowski, Mi-
chaelem Badowski, Nicodemum Cybulski, Jo-
annem Paruszewski, Josephum, Mochowski, tam
omnes conjunctim, quàm quemlibet eorum divi-
sim in suos veros, et cujus nomine agit, ac legi-
timos Plenipotentes, Promotores, ac Defensores
Causarum et Actionum suarum judiciariarum
generaliter omnium, cum quibuscunq; Personis
ratione quarumcunq; rerum et Negotiorum, tam
ex Actoratu sui, quàm e converso in omni Judi-
cio et Officio quovis, majoris, Minorisvè Subsellij
habitarum, et habendarum, eligit, ordinat, Actuq;
presenti inscribit, dando et concedendo ipsis ple-
nariam potestatem, et omnimodam facultatem,
Causas Capituli Metropolitani Gnesnen, et su-
as generaliter omnes coram Judicijs prefatis
promovendi, defendendi, panas Judiciales, Judi-
cio quovis adjudicandas, tollendi, levandi, perci-
piendi, de levatis, et perceptis quietandi, Jura-
menta attentandi, Intromissiones in Bona offe-
rendi, alios Plenipotentes in locum sui substi-
tuendi, et id quod necessitas Causarum et actio-
num suarum poposcerit, Juridicè peragendi, pro-
mittendo se ea omnia quidquid prefati Pleni-
potentes a se constituti, vel ab eis substituti

in suis

in suis Causis Jure peregerint pro rato et gra-
to susceperum, Quam quidem Plenipotenti-
am ad Triennium integrum duraturam et ro-
bur suum habituram esse vult, et declarat. Hac
sua personali Recognitione ad præmissa mediant.
te, In forma alias Plenipotentiæ plenissima, et
de Jure perfectissima, Quam Idem Gnus Reco-
gnoscens manu sua propria subscripsit: Adamus
Antonius Fabricy Decretorum Curiæ Rnī Nota-
rius mpp Quam ejusmodi Plenipotentiam sic
ut præmissum factam, et recognitam, Nos ratam
firmam, ac de Jure validam habentes, habereq;
ab omnibus volentes, eam ad Acta præsentia
Metrices Rnī suscipi, ysdem inseri, et Parti po-
stulanti authenticè extradi permisimus. In quo-
rum fidem etc. Actum ut supra Relatio Ejusdem
Illmi Supremi Rnī Cancellary.

Actum Varsaviæ Fe-
ria Tertia post Domini-
cam Oculi Quadragesi-
malem proxima Die sci-
licet Decima Sexta Men-
sis Martij 1751 Anno.

Oblata Literarum pro Parte Hone
sta Billerowa a Civitate novæ Varsa-
viæ datarum.

Augustus Tertius etc. Significamus etc.

Oblatas esse ad acta præsentia Metrices Rnī
Cancellariæ Nræ Minoris Literas Testimony

pro

pro Parte Annæ Billerowa Viduæ, Matris,
et Eleonoræ Filiæ legitimæ, ratione legitimita-
tis natalium dictæ Eleonoræ a Civitate Nova
Varsavia datas, manu ProConsulis, nec non Se-
tary subscriptas, et Sigillô prafata Civitatis -
Nostra Novæ Varsaviæ communitas, omniq;
suspitionis notâ carentes Tenoris sequentis:
ProConsul, et Consules Civitatis Sæ Ræ Mtis -
Novæ Varsaviæ Universis et Singulis quorum
interest, Præsentes lecturis, et visuris præmissa
debita officiorum Nostrorum commendatione -
notum facimus, quomodo Honesta Anna Bil-
lerowa Vidua, una cum Eleonora Filia sua, cum
olim Honesto Joanne Biller, quem novimus pro-
tunc hic Varsaviæ matrimonialiter procreata
coram Nobis in Prætorio comparens exposuit,-
quòd super certitudine Testimony Nri pro Parte
dicta Anna Billerowa Vidua Matris, et Eleono-
ra Filia legitimæ, ratione legitimitatis Natali-
um dicta Eleonora filia sæpedictorum Honesto-
rum Billerow, tum superviventia actualis Ho-
nesta Anna Billerowa Vidua Matris cum di-
cta filia Eleonora, honestisq; earum moribus et
Conversatione dati apud Illustrissimum Dnum
Comitem de Rauchenzett dubitatur, et acsi ex ali-
qua Circumventione Sigillum Civitatis Nræ
apponi in eo posset, supponitur. Nos igitur omne
dubium, et suppositionem tollendo Idem Testi-
monium de certa, vera, ac indubitata Nra Sci-
soribus tenebatur. Ydem quoq; Gsi Alexius Husarzewski, et Magdalena de Podoskie Conjuges ambo et insolidum tenebunt, habebunt, et possidebunt, vel uno vita functo alter eorum superstes tenebit, habebit, et possidebit, ad extrema vita sua tempora. Promittimus autem pro nobis, et Srmis Successoribus Nris Regibus Polonia, non esse Nos eosdem Gsos Alexium Husarzewski, et Magdalenam de Podoskie Conjuges ab usu et pacifica possessione predicti Capitaneatus Lipniensis, ejusq; attinentiarum amoturos, aut alienaturos, neq; amovendi, aut alienandi potestatem cuipiam daturos, sed salvum, et integrum Jus Advitalitium Ipsis conservaturos. Quod et Srmi Successores Nri prestabunt. Ratione cujus Advitalitatis solutam-Quartam Proventuum partem ad Thesaurum Nrum quotannis inferre tenebuntur. Juribus Nris Regalibus, Reipublica, Ecclesiaq; Romano Catholica salvis manentibus, In quorum fidem presentes Manu Nra subscriptas Sigillo Nro communiri jussimus, Datum Varsavia Die IX Decembris Anno Dni M DCC LII Regni vero Nri XX do Consensus cedendi de Capitaneatu Lipniensi cum attinentys in Palatinatu Culmensi, sibi Mfco Henrico Comiti de Brühl et Marianna de Collowratti Conjugibus in Personas Gsorum Alexy Husarzewski et Marianna de Podoskie datur. Augustus Rex. Locus Sigilli Minoris Cancellaria Regni. Joannes Ktosowski Canonicus Cathedralis Premisliensis Sae Rae Mtis Sigilli Dni Secretarius mp

jam

jam exnunc et defacto de omni et integro
Jure suo Advitalitio, quod quantum et quale
sibi Recognoscentibus super Capitaneatum Li=
pinensem, hucusq; legitimè serviebat, et compe=
tebat, in Personas Gsorum Alexy Husarzewski
Capitanei Ratnensis, Camerary Aulæ Nræ, et
Magdalenæ de Podoskie Conjugum cesserunt, et
condescenderunt, prout quidem per presentem
suam ad acta hac comparitionem cedunt, et
condescendunt, ac prædictum Capitaneatum
Lipinensem cum Oppido, Villis, Prædys, Curys,
Adificijs, Structuris, Agris, pratis, Campis, Syl=
vis Nemoribus, Stagnis, fluminibus, piscinis
Molendinis, Tabernis, Subditis, eorumq; Labo=
ribus, Censibus, proventibus, Commodis et utili=
tatibus universis, alysq; attinentys et pertinen=
tys ad hunc Capitaneatum Lipinensem nunc
et ab antiquo spectantibus, nullis penitùs ex=
ceptis, nec pro se, nec pro quopiam alio reserva=
tis, et præcustoditis, ysdem Gsis Alexio Husar=
zewski et Magdalenæ de Podoskie Conjugibus
in realem et actualem possessionem tradunt,
et dimittunt, Intromissionem per Ministe=
rialem Rnd Generalem et duos Nobiles quan=
docunq; Ipsis Cessionarys placuerit conferendam,
et acceptandam, jam exnunc dant et admittunt.
datamq; et admissam nec per se nec per alias
quasvis submissas Personas ex quocunq; pra=
textu et occasione prapedituros, vel intertur=
baturos, quinimò in pacifica possessione dicti
Capitaneatus Lipinensis ac libero usu fructu
memoratos

memoratos Gōs Alexium Husarzewski, et Magdalenam de Podoskie Conjuges Cessionarios suos conservaturos se submittunt, et obligant; in omnibusq; Bonis suis inscribunt. Hac sua personali Recognitione ad praemissa mediante in forma alias Inscriptionis Cessionariæ et Resignatoriæ de Jure firmissima et perfectissima Quam Ydem Nfci Recognoscentes manibus propryis subscripserunt. Henricus Comes de Ocieszyno Brühl. Marie Anne Comtesse de Brühl née Comtesse de Kollowrath. Quam ejusmodi Assionem, Jurisq; transfusionem sic ut praemissum factam et recognitam, Nos ratam, firmam, ac de Jure validam habentes haberiq; ab omnibus volentes, eam ad acta praesentia Metrices Rūi suscepi, ipsdem inseri, et Parti postulanti in forma probanti et authentica extradi permisimus. In quorum fidem etc. Actum ut supra. Relatio ejusdem Illmi Pro Cancellary Rūi.

Sub eodem Actu.

Cedit de Capitaneatu Ratnen. Gōs Husarzewski in Personas Gōrum Lubomirskich Conjugum.

Augustus Tertius etc. Significamus etc. Quod coram Nobis actisq; praesentibus Metrices Rūi Cancellariæ Nrē Minoris personaliter comparens Gōs Alexius Husarzewski Capitaneus Ratnensis Camerarius aulæ Nrē sanus mente et corpore existens a Foro, Terris Districtibus

Districtibus, et Jurisdictione sua quavis prò=
priâ et competenti recedendo, præsenti verò Nrâ
Regiâ Jurisdictioni se cum Bonis suis gene=
raliter omnibus subjiciendo et incorporando pon=
tè, palam, liberè, ac per expressum recognovit, =
præsentibusqꝫ recognoscit. Quia Ipse inhærendo
Literis Consensus Nri Regij de Data Ipsius Var=
saviæ Die IX Decembris Aõ nunc currenti =
MDCCLII. sibi Recognoscenti addendum de
Capitaneatu Ratnensi in Palatinatu Russiæ Ter=
ra Chelmensi sito per Nos benignè concessis, Ma=
nu Nrâ Regiâ subscriptis, et Sigillõ Minoris =
Cancellariæ Nri communitis, ad præsens in suo
Originali illaso exhibitis Tenoris sequentis: Au=
gustus Tertius Dei Gratia Rex Poloniæ, Magnus
Dux Lithvaniæ, Russiæ, Prussiæ, Masoviæ, Samo=
gitiæ, Kyoviæ, Volhyniæ, Podoliæ, Podlachiæ, Li=
voniæ, Smolenscii, Severiæ, Czerniechoviæqꝫ nec
non Hæreditarius Dux Saxoniæ et Princeps E=
lector. Significamus præsentibus Literis Nostris
quorum interest Universis et Singulis: Consen=
sisse Nos et permisisse, consentireqꝫ et permittere
Gsõ Alexio Husarzewski Camerario Aulæ Nostræ
ut possit et valeat de omni et integro Jure suo
Advitalitio, quod Ipsi super Capitaneatum Ra=
tnensem in Palatinatu Russiæ, Terra Chelmensi
situm servit, et competit, cedere illudqꝫ in Perso=
nas Gsorũm Jacobi Alexandri Lubomirski Gene=
ralis Exercituum Nrorum, et Fridericæ Carolinæ
Comitis de Viczdom plenariè transfundere et trans=
ferre. Quæ quidem Cessio, Jurisqꝫ transfusio, po=
steaquàm coram actis quibusvis authenticis

Nrũ

Rñi facta et recognita fuerit, Nos eam ratam ratam et gratam habituri sumus, uti eam quæ prævio hocce Consensu Rño peragetur. Vigore cujus Cessionis, præsentisq; Consensus Rñi memorati Gsi Lubomirscki et Fridericæ de Vicedom Conjuges prædictum Capitaneatum Ratnensem cum omnibus ædificys, curys, Hradys, Agris, pratis, Campis, Sylvis, Nemoribus, fluvys, flumnibus, Stagnis, piscinis, lacubus, Tabernis, Villis Subditis, eorumq; laboribus Censibus, fructibus Proventibus, dationibus Commodis, et emolumentis cunctisq; attinentys, et pertinentys, eò antiquitus spectantibus, nullis penitus exceptis tenebunt habebunt, et possidebunt, ~~et possidebunt~~ ad extrema vita sua tempora. vel uno vitâ functo alter eorum superstes tenebit, habebit, et possidebit. Promittimus autem pro Nobis, et Srmis Successoribus Nostris non esse Nos, neq; Srmos Successores Nros prafatos Gsos Lubomirscki et Fridericam Carolinam de Vicedom ab usu et pacifica possessione dicti Capitaneatus Ratnensis amoturos aut alienaturos, neq; amovendi aut alienandi cuipiam potestatem daturos, sed salvum et integrum Jus Advitalitum ysdem conservaturos, Quod et Srmi Successores Nri prastabunt. Ratione cujus Advitalitatis solitam Proventuum Quartam solito tempore ad Thesaurum Rñi quotannis inferre tenebuntur. Juribus Nris Regalibus, Reipublicæ, Ecclesiaq; Romano Catholica salvis manentibus. In quorum fidem praesentes Literas manu Nra subscriptas Sigillo Rñi Comuniri jussimus. Datum Varsavia Die 1.X Decembris, Aõ Domini MDCCLII., Regni verò Nri XX Annõ. Consensus

ad

ad cedendum Capitaneatui Ratnensi in Palatinatu Russia Terra Chetmensi sitt Gsō Alexio Husarzewski Camerario aulae Nrae in Personas Gsorum Jacobi Alexandri Lubomirski et Fridericae Carolinae de Viedom Conjugibus datur. Augustus Rex. Locus Sigilli Minoris Cancellariae Rnī, Joannes Ktosowski, Canonicus Cathedralis Premisliens Scae Rae Mtis Sigilli Rnī Secretarius mp. jam exnunc et defacto de omni et integro Jure suo Advitalitio quod, quantum, et quale sibi Recognoscenti summe serviebat, et competebat, in Personas Gsorum Jacobi Alexandri Lubomirski Generalis Exercituum Nrorum et Fridericae Carolinae de Viedom Conjugum cessit, et condescendit, prout quidem per praesentem suam ad Acta hoc compartitionem cedit et condescendit, ipsis praedictum Capitaneatum Ratnensem cum Oppidis Villis, Praedys, Aurys, aedificys, Structuris, Agris, pratis Campis, Sylvis, hemoribus, Stagnis, fluminibus piscinis, molendinis, Tabernis Subditis, eorumq; laboribus, Censibus, Proventibus, Commodis et utilitatibus, universis, alysq; attinentys, et pertinentys ad hunc Capitaneatum Ratnensem nunc et ab antiquo spectantibus, nullis penitus exceptis, nec pro se nec pro quopiam alio reservatis et praecustodiit in realem et actualem possessionem tradit, et dimittit, Intromissionem per Ministerialem Rnī Generalem et duos Nobiles, quandocunq; Ipsis Possionarys placuerit conferendam et acceptandam

jam

jam exnunc dat, et admittit, datamq; et admissam, nec per se, nec per alias quasvis submissas Personas ex quocunq; prætextu et occasione præpediturum vel interturbaturum, quinimo in pacifica possessione dicti Capitaneatus Ratnensis ac libero usu fructu memoratos Gōs Lubomirskie Conjuges Cessionarios suos conservaturum se submittit, et obligat, in omnibusq; Bonis suis inscribit, Hac sua personali Recognitione ad præmissa mediante, In forma aliàs Inscriptionis Cessionaria, Iurisq; transfusionis plenissima et perfectissima, quam pro maiori firmitate, Idem Gōs Recognoscens manu propria subscripsit: Alexius Husarzewski Capitaneus Lipnien mpr. Quam ejusmodi Cessionem Iurisq; transfusionem sic ut præmissum factam et recognitam Nos ratam, firmam, ac de Iure validam habentes, habereq; ab omnibus volentes, eam ad acta præsentia Metrices Rnī suscipi, eydem inveri, et Parti postulanti in forma probanti et authentica extradi permisimus, In quorum fidem etc. Actum ut supra. Relatio ejusdem Illrmi Procancellary Rnī.

Sub eodem Actu.

Manifestatur Gōs de Bellegarde Colonellus contra Mfcām Bielińska Palatinam Culmensem.

Augustus Tertius etc. Significamus etc. Quod veniens personaliter ad acta præsentia Metrices Rnī Cancellariæ Nræ Minoris Gōs Joannes Franciscus de Bellegarde Colonellus Excercitus.

Exercitus Nri uti et tanquam Gsa Aurora Comitissa de Rutowskie primi Bielinskiey ad præsens verò Gsi Comitis de Bellegarde Generalis Majoris Exercitus ac Cameriary Nri Nuptus Secundi Consortis legitima Capitanea Sztumensis specialis Plenipotens Actis publicis in Curtate Taurini Gallica sub Die Quinta Mensis Augusti Aõ ad præsens currenti Millesimo Septingentesimo Quinquagesimo Secundo inscriptus Nomine, ac in rem suprascripta sua Principalis coram Actis præsentibus in et contra Nfcam Theclam de Loptawskie olim Nfci Michaelis Bielinski Palatini Culmensis Capitanei Sztumensis voti secundi Consortem nunc Viduam relictam protestatus est, de et super eo, quia Ipsa obstante Privilegio prior sua Principalis, quod Illi junctim cum olim Gso Michaele Bielinski Pincerna Rnõ a Srmõ Augusto Secundo Patre Nro desideratissimo Supercapitaneatum Sztumensem gratiosè collatum fuit, quinimò in præjudicium Ipsius constante suo Matrimonio cum eodem Nfco Palatino Privilegium quoddam pro Persona Soris sua communicativi a Nobis ad dictum Capitaneatum Sztumensem, ne dum extincta Advitalitate sua Principalis, et ita tertiam Advitalitatem contra expressam Legem impetrare, Vigore dicti illegatis Privilegy post fata præfati Nfci Palatini Culmensis prædictum Capitaneatum Sztumensem non vacantem, verum sub altera Advitalitate ejusdem sua Principalis existentem, dum illa extra Regnum

commorarel

commoraretur, nec Notitiam de priori Advita
litate Palatini habuit:/ occupare, Proventus ex
eodem sua Principali in virtute prioris Juris
Ipsius legitimè pertinentes intercipere ausa est,
et præsumpsit, Ideo ne ex præmissis aliquod
præjudicium Jura priora et potiora sua Prin-
cipalis patiantur. Ipsorum legitimitati sub-
veniendo, Nomine quo supra tam de nullita-
te præallegati Juris Comunicativi pMfcæ Pala
tina Culmensis, quàm etiam de injusta perce-
ptione per eam omnium ex dicto Capitanea
tu Sztumensi proventuum iterum, atq; iterum
quàm solennissimè protestatur et manifestatur,
Promittens suam Principalem respectu horum o-
mnium et coram quo de Jure acturam, Juraq; et
prætensiones suas vindicaturas salva ejusdem
protestationis augenda meliorare et ampliandæ
pleno in robore reservata et præcustodita facul-
tate. Quam manifestationem Idem Gus de Bel-
legarde manu sua propria subscripsit: Jean Fran-
cois Comte de Bellegarde. Quam ejusmodi Mani-
festationem sic ut præmissum factam et Nos ad
acta præsentia Metricis Rni suscipi, ipdem inseri,
et Parti postulanti in forma authentica extra-
di permisimus In quorum fidem etc. Actum ut
supra. Relatio Eiusdem Illrmi Pro Cancellary Rni

Sub eodem Actu.

Manifestatur Gus Colonellus de Bellegar-
de contra Successores Mfci olim Butinski
Palatini Culmensis et Mfcam Palatinam
Pal. Culmensem Viduam.

Augustus Sertus etc. Significamus etc.

Quod

Quod veniens personaliter ad acta præsentia Metrices Rñi Cancellaria Nrã Minoris Gñis Joannes Franciscus de Bellegarde Colonellus Exercitus Nñi uti et tanquam Gñã Aurora Comitissa de Rutowskie primi Bielinskiey ad præsens verò Gsi Claudy Mary Comitis de Bellegarde Generalis Majoris Exercitus ac Camerary Nñi nuptus, Secundi Consortis legitima Capitanea Sztumensis specialis Plenipotens Actis publicis in Civitate Taurini Gallica sub die Quinta Mensis Augusti aõ ad præsens currenti 1752 inscriptus Nomine ac in rem suprascripta sua Principalis coram Actis præsentibus in et contra Gsõs olim Mfci Michaelis Bielinski Palatini Culmensis Minorennes Successores illorumq; Mfcam Teclam de Poptawskie Matrem quà Tutricem Naturalem, quàstus protestatius et manifestatus est de et super eo: Quod quamvis Illis per multas amicabiles requisitiones justa ac legitima pratensiones Gñã de Rutowskie Comitissa Bellegardowa nata exteterint, Ipsi tamen eadem videlicet in restitutione Summa dotalis Triginta Millium Talerorum de Camera Dresdensi mediante certo Contractu Anni 1728 per prædictum olim Mfcum Palatinum Patrem Ipsorum, et primi voti ejusdem Gñã Comitissa de Bellegarde Maritum in coemptionem Bonorum pro dicta Gsa Comitissa de Bellegarde hic in Regno accepta et levata, retraditionemq; et deoccupatione Palaty hic Varsaviæ consistenem cum omnibus apparamentis epis internis nec non

nec non argenteria sibi relicta post Decretum Consistory Varsaviensis separationis a Thoro, et mutua cohabitatione in Aõ 1729 secutum pariter per prælibatum Mscum Palatinum Culmensem usurpati, et in hucusqꝫ apud Mscam, et Gsõs Protestatos hærentis, ullatenus pacificare, Summam præfatam dotalem unà cum Palatio Gsã Comitissa de Bellegarde hæreditario, Ejusqꝫ omnibus apparamentis ac argenteria in seorsivo Regestro memorato Aõ 1729 conscripta restituere, ac bonificare nolunt, et recusant, Ideo obviando integritati substantiæ, ac Juruin suprascripta Gsã Comitissa de Bellegarde Principalis sua adversus præcensiti, Msci Palatini Culmensis Successores, et eorum Matrem nec non adversus quosvis actus tam judiciales, quàm etiam extrajudiciales, post fata sæpedicti Msci Palatini Culmensis secutos, qua substantiæ Gsã Comitissa contrarios, et lesivos iterum atqꝫ iterum, tum de præmissis protestatur, et manifestatur. Promittens suam Principalem respectu horum omnium ubi et coram quo venerit de Jure, acturam Juraqꝫ et prætensiones suas quasvis vindicaturam salva ejusdem protestationis et Manifestationis augenda, meliorandæ, ampliandæ, pleno in robore reservata et præcustodita facultate, Quam manifestationem Idem Gsus de Bellegarde manu sua propria subscripsit: Jean Francois Comte de Bellegarde, Quam ejusmodi Manifestationem sic ut præmissum factam, et re=

et recognitam, nos ad acta praesentia Metrices Rñi suscipi, ipdem inseri, et Parti postulanti in forma authentica et probanti extradi permisimus, In quorum fidem etc. Actum ut supra. Relatio Eiusdem Illrmi Procancellary Rñi.

Actum Varsaviæ, Feria Tertia post Festum Imaculatæ Conceptionis BV. Mariæ proxima Die septimi, cet 12 Mensis Xbris 1752 Aō.

Oblata Rescripti ad Capitaneos Jurisdictionales intuitu abbatiarum Commendatariarum.

Augustus Tertius etc. Significamus etc. Oblatas esse ad Acta praesentia Metrices Rñi Cancellariæ Nrã Minoris Literas Rescripti Nri ad Gsos Capitaneos Jurisdictionales intuitu Bonorum ad Abbatias pertinentium expeditã, manu Nrã subscriptas, et Sigillo Majoris Cancellariæ Rñi communitas, sanas, salvas, et illæsas, omniq; suspitionis nota carentes Tenoris sequentis: Augustus Tertius Dei Gratia Rex Poloniæ Magnus Dux Lithuaniæ Russiæ, Prussiæ, Masoviæ, Samogitiæ, Kyoviæ, Volhyniæ, Podoliæ, Podlachiæ, Livoniæ, Smolensciæ, Severiæ, Czerniechoviæq; nec non Hæreditarius Dux Saxoniæ, et Princeps Elector. Generosis Capitaneis sub cujus ac quorum Jurisdictionibus

dictionibus Bona Commendatariarum, Abbatiarum, Tynecensis, Lubinensis, Plocensis, Wachocensis, Clara Tumba, Sulejoviensis, Wagroviensis, Andrejoviensis, Paradisiensis, Cervenensis, Tremesnensis, et Praepositura Miechoviensis consistunt, tanquam Brachio Nro Regali, fideliter Nobis Dilectis, Gratiam Nram Regiam. Ffi, Fideliter Nobis dilecti. Quemadmodum studendo paci, et tranquillitati inter Status Rnũ istius inveteratam Controversiam et Quastionem cum Sacra Sede Apostolica ex parte Reipublica ratione Iuris Patronatus Regij promotam, Serenissimis Ioanni Tertio, Augusto Secundo Parenti Nro desideratissimo, Regibus Pradecessoribus Nostris, ac Nobis Ipsis per Pacta Conventa impositam et injunctam, Deo propitio mediante solenni Tractatu cum omnium satisfactione componi et concordari studuimus, et renunciandæ pratensionibus Iuriꝭ Patronatus Regio ad plures abbatias, Praeposituras, Dignitates et Beneficia in Rno constituta in Tredecem solummodo abbatys acquievimus et Constitutionem Rnũ de Nuntys Pontificys, eorumꝭ potestate et Jurisdictione ex Causa Controversia hujusmodi in Comitys Generalibus aõ Dñi Millesimo Septingentesimo Vigesimo Sexto sanciam ad Terminos convenientes reduximus et moderati sumus, ita speramus finem rebus, altercationibus et Controversys, impositum esse, ut nullo unquam tempore recrudescerent, verum prater expectationem Nram continuas: recepimus quarelas in Bonis Abbatiarum prafatarum, qua in Commendam ad Nram Nominationem concessam fuerunt, Monachi quodam

odio

odio, et malevolentiâ ducti frequentes invasiones fundorum, pratorum, propriationum usurpationes et novas quasdam super Bonis Commendatariorum pretensiones de quibus nequaquam in Tractatu actum fuerat, formare, et usurpare, atqꝫ adeò Commendatarijs molestias inquietudines, lites inferre præsumunt, ut Proventus Comendatariorum, quos in auxilium necessitatum suarum et compensationẽm in Rempublicam meritorum assignatos habuerunt, in lites expendere, et molestias atqꝫ damna locopremij reportare cogantur. Quare Nos istis inconvenientijs Monachorum occurrere et auxiliumCommendatarijs in præmissis ferre, illisqꝫ subvenire, atqꝫ Tractatum concessione Commendarumne reddatur irritus, ac planè inutilis, manutenere cupientes, Fidelitatibus Vris, eorumqꝫ loca tenentibus mandamus, ut prævia monitione, et requisitione Monachorum de dimittendis, restituendisqꝫ Bonis ac fundis, alijsqꝫ quibuscors reditibus a Mensa Comendatariorum, quocunqꝫ titulo et Prætextu, et colore avulsis, tum de non molestandis, vexandis, et interturbandis, litibus prætextuosis Commendatarijs per Ministerialem et duos Nobiles faciendam, datoqꝫ eis Termino ad restituenda ablata, recedendum a litibus et vexationibus, et cessandum amolestijs arbitrio Fidelitatum Vestrarum præfigendo. Quod si requisiti in Constituto Termino parere et Bona ac proventus restituere, et a molestijs, Vercationibus, litibus, et perturbationibus cessare, et eis officiosè renunciare noluerint extunc, Bona et Proventus ad Mensam Commendatariorum

spectantia

spectantia, et per anteriores Commendatarios
possessa Sinceritatibus Vestris, seu alteri Sinceri-
tati Vestrarum, sub cujus Territorio, Districtu,
et Jurisdictione Bona hujusmodi consistunt,
per se, aut locum tenentem, seu substitutum
suum, aut Burgrabium Juratum sequestran-
di, occupandi, et ad ulteriorem Nram resolu-
tionem possidendi, proventus eorum percipien-
di, et in usum Commendatariorum salvo Cal-
culo et quietatione conferendi, potestatem da-
mus, et impertimur, Quod si autem Sequestro
et Executioni praeventuum se rebelliter opponere
praesumpserint, extunc Oppositionem Eorum mo-
ta Nobilitate, seu adhibitis copys Militaribus
s: quas ordinandi Nfci Duces Exercituum Nri
in Mandis habent s/ manu forti tollant, et pre-
missa omnia, tam in toto, quàm in Parte exe-
quantur, et exequi curent, pro Gratia Nra et
Officiorum suorum debito, ac sub panis con-
tra negligentes Officiales in Legibus Regni
sanctis, In ~~quorum~~ cujus rei fidem praesentes manu No-
stra subscriptas Sigillo Nro communiri jussi-
mus, Datum Varsaviae Die X. Mensis Decembris
Anno Dni MD.CCLII. Regni verò Nri XX Ao.
Rescriptum Sae Rae Mtis ad Gsos Capitaneos Ju-
risdictionales intuitu Bonorum ad abbatias
pertinentium expeditum. Augustus Rex. Locus
Sigilli Majoris Cancellaria Rni. Adalbertus
Rakowski Sae Rae Mtis et Sigelli Majoris Rni Se-
cretarius mpr. Quas ejusmodi Literas Rescripti
sic ut premissum est oblatas, Nos ad Acta pra-
sentia

sentia Metrices Rñ susci pi, ydem inveri, et Parti postulanti authenticè extradi, Originale verò circa eadem Acta relictâ conservari permisimus, In quorum fidem etc. Actum ut supra. Relatio Eusdem Illrmi Pro Cancellary Rñ.

Sub eodem Actu.

Constituit Plenipotentes Rndūs in Xto Pater Pro Cancellarius Rñ.

Augustus Tertuis etc. Significamus etc. Quod coram Actis præsentibus Metrices Rñ Cancellaria Nra Minoris personaliter comparens, Rndūs in Xto Pater Michael Comes de Granow Wodzicki Decanus Cathedralis Cracoviensis, Abbas Commendatarius, Cervenensis, declara Tumbæ, Pro Cancellarius Rñ sanus mente et corpore existens a Foro, Terris, Districtibus, et Jurisdictione sua quavis propria et competenti recedendo, præsenti verò Nrâ Regia se cum Bonis suis generaliter omnibus subjiciendo et incorporando, sponte, palam, liberè, ac per expressum recognovit, præsentibusq; recognoscit. Quia Ipse Gnōs Sigismundum Liniowski Capitaneum Lipnicensem Camerarium, Lucam Kozlowski Secretarium Nostros in suos veros, legitimos, indubitatos, ac speciales Plenipotentes, eligit, constituit, inscribit, et ordinat, Dans et concedens Ipsis tam divisim, quàm conjunctim plenariam facultatem, omnimodamq; et absolutam potestatem

Transactiones

Transactiones quasvis cum quibusvis Personis, Nomine sui Constituentis ineundi, easdemq; roborandi, actus quosvis officiosos peragendi, Causas Judiciarias cum quibusvis Personis, Occasione cujusvis Negoty in omni Judicio et Officio Rnī Nri majoris sive Minoris subselly cujuscunq; Palatinatus Terra et Districtus, etiam Tribunalis Rnī Petricovien; sive Lublinen; aut Causarum Fisci Radomien; habitas, et habendas, institutas, et instituendas, promovendi, defendendi, Juramenta attentandi, Decreta suscipiendi, a gravaminosis appellandi, executiones urgendi et attentandi, Relationes adcassandum, nomine sui Recognoscentis approbandi, alios Plenipotentes in locum sui cum simili vel limitata facultate substituendi, cæteraq; munia pro exigentia rerum et Negotiorum, Legitimos ac speciales Plenipotentes concernentia, peragendi et exequendi, Promittens se id totum quidquid per eosdem Gōs speciales Plenipotentes suos, sive eorum substitutos, actum, gestum, constitutumq; fuerit pro rato et grato suscepturum. Quam quidem Plenipotentiam Idem Andus Recognoscens ad Triennium integrum duraturam, roburq; et valorem suum habituram vult, praesentibusq; declarat. Hac sua personali Recognitione ad praemissa mediante in forma aliàs Plenipotentia plenissima et de Jure per-

fectissima, Quam pro majori firmitate manu sua propria subscripsit: Michael Wodzicki Pro Cancellarius Rnī mp. Quam ejusmodi Plenipo-

tentiam.

tentiam sic ut pramissum factam et recogni-
tam, Nos ratam, et firmam habentes, haberiq;
ab omnibus volentes, eam ad Acta praesentia-
Metricis Rnū suscipi, ydem inseri, et Parti postu-
lanti authenticè extradi permisimus. In quo-
rum fidem etc. Actum ut supra Relatio Ejusd
Illmi Procancellary Rnū

Sub eodem Actu.

Oblata Quietationis pro Parte Admi Rndi in Xto Patris Dni Eppi Cracovrensis.

Augustus Tertius etc. Significamus etc.
Oblatas esse ad Acta praesentia Metrices Rnū
Cancellaria Nrā Minoris Literas quietatio-
nis infrascriptas, manu Ejī Martini Ogno-
wski Subscriptī, Polonico Idiomate scriptas Te-
noris sequentis: Niżey wyrazony zeznaię tym
Skryptem moim, Iż zupełnie uspokoiony iestem
w odebraniu tak Summy na tey Karcie wyra-
żoney wyżey Czerwonych złotych in specie -
Siedmset flo 700, iako też y z Prowizyi według
teyże Karty należącey przez wszystek czas do
dnia dzisieyszego wspomniona Kartę daną mi
na wzwyż wyrażoną Summę annihiluię. Kto-
ra żadnego waloru mieć nie powinna, tu-
dzież oblatę, y roboracyą Oneyże w Metry-
ce Koronney kasuię, y takiey wagi niniey-
szy kwit moi mieć chcę, iakoby Aktami
teyże Metryki, koronney był roborowany, Co
dla

lepszey wiary reka wtasna podpisuie. Dat
w Warszawie Die 25 9bris 1752. Marcin Ogono
wski Kapitan, Quas ejusmodi Literas Quietatio
nis sic ut premissum oblatas, nos ad acta presen
suscipi, ysdem inseri, et Parti postulanti authen
tice extradi, Originale verò restitui: de quo re
cepto Cancellaria præsentibus quietatur: permi
simus, In quorum fidem etc. Actum ut supra.
Relatio Illmii Procancellary Rnī.

Sub eodem Actu.

Cedit de Villa Troszyn Gā Cichocka in Personam Gsi Ignaty Cichocki.

Augustus Tertius etc. Significamus etc.
Quod coram actis præsentibus Metricis Rnī
Cancellariæ Nræ Minoris personaliter compa-
rens Gā Dorothea de Rybczynskie, olim Gsi An-
drea Francisci Cichocki Secretary Nri et Metri-
cis Rnī Cancellariæ Majoris Prefecti Consor
relicta Vidua sana mente, et corpore existens
a Foro, Terris, Districtibus, et Jurisdictione
sua quavis propria et competenti recedendo pra-
senti verò Nræ Regiæ Jurisdictioni, quoad in-
fra recognoscenda attinet sese subjiciendo et in-
corporando, sponte, palam, liberè, benevole ac per
expressum recognovit, praventibusq; recogno-
scit. Quia Ipsa inhærendo Literis Consensus-
Nri Regy de Data epis Varsavia Die Nona
Mensis Decembris Aō nunc currenti Mille-
simo Septingentesimo Quinquagesimo Se-

cundo

cundo sibi Recognoscenti ad cedendum de
Villa Troszyn in Palatinatu Plocensi sito
per Nos benigne concessis, manu Nrã Regia
subscriptis et Sigillo Minoris Cancellariæ Rnı
communitis, ad præsens in suo Originali il
læso exhibitis, Tenoris sequentis: Augustus
Tertius Dei Gratia Rex Poloniæ, Magnus Dux
Lithvaniæ, Russiæ, Prussiæ, Masoviæ, Samo=
gitiæ, Kyoviæ, Volhyniæ, Podoliæ, Podlachiæ
Livoniæ, Smolenscia, Severiæ, Czerniechoviæq;
nec non Hæreditarius Dux Saxoniæ et Prin=
ceps Elector. Significamus præsentibus Lite=
ris Nris, quorum interest Universis et Singu=
lis, Consensisse Nos et permisisse, consentireq;
et permittere præsentibus Literis Nris Gsæ Do=
rotheæ de Rybczynskie olim Gsi Andreæ Fran=
cisci Cichocki Secretary Nri et Metrices Rnı
Cancellariæ Majoris Præfecti Consorti derelictæ
Viduæ, ut possit, et valeat de omni, et integro
Jure suo Advitalitio, quod Ipsis super Villam
Nrãm Troszyn dictam in Palatinatu Plocen
sitam servit, et competit, cedere, illudq; in Per=
sonam Gsi Ignaty Cichocki filij sui transferre,
et plenarie transfundere. Qua quidem Cessio,=
Jurisq; transfusio posteaquàm coram actis qui=
busvis Rnı authenticis facta et recognita fue=
rit, Nos eam ratam et gratam habituri sumus,
uti eam qua pravio hocce Consensu Nro per=
agetur. Vigore cujus Cessionis, Jurisq; transfusi=
onis, ac præsentis Consensus Nri memoratus
Gsus Ignatius Cichocki dictam Villam Tro=

szyn.

szyn cum omnibus Prædys. Agris, pratis, campis, Sylvis, Nemoribus, rubetis, pascuis, fluvys, flumnibus, lacubus, piscuns, molendiniis, Tabernis, Subditis, Hortulanis, Inquilinis, eorum laboribus, Censibus, dationibus, proventibus, ac emolumentis, attinentysq; et pertinentys universis nullis penitus exceptis tenebit, habebit, et posidebit, ad extrema vitæ sue tempora. Promittimus autem pro Nobis et Srnis Successorubus Nris, non esse Nos, Srmosq; Successores Nros pranominatum Gum Ignatium Cichocki ab usu et pacifica posesione dicta Villa Troszyn amoturos, aut alienaturos, neq; amovendi, aut alienandi cuipiam potestatem daturos, sed salvum et integrum Jus Advitalitium Eidem conservaturos. Quod et Srnii Successores Nri prastabunt. Ratione cujus Advitalitatis solitam Proventuum Quartam ad Thesaurum Rnũ quotannis inferre tenebitur. Juribus Nris Regalibus, Reipleã, Ecclesiaq; Sa. Romano Catholica salvis manentibus. In quorum fidem praseñ manu Nra subscriptas, Sigillo Rnũ communiri jussimus. Datum Varsaviæ Die IX Mensis Decembris aõ Dñi MDCCLII. Regni vero Nri XX aõ. Consensus cedendi de Villa Troszyn in Palatinatu Ploceñ sitt Gña Dorotheæ de Rybczynscii Cichocka in Personam Gzi Ignaty Cichocki filij sui datt. Augustus Rex. Locus Sigilli Minoris Cancellaria. Rnũ, Joannes Klosowski Canonicus Cathedralis Pramiensis Sa Ra Mtis Sigilli Rnũ Secretarius mpr

jam

Jām exnunc et defacto de omni et integro
Jure suo Advitalitio, quod, quantum et qua-
le sibi Recognoscenti super Villam Troszyn in
Palatinatu Plocensi sitam hucusq; legitimè
serviebat, et competebat, in Personam Gsi Igna-
ty Ludovici Cichocki filij sui cessit et con-
descendit, prout quidem per praesentem su-
am ad Acta hac comparitionem cedit et con-
descendit, Ipsi prædictam Villam Troszyn cum
omnibus Pradys, ædificijs, Structuris, agris, pra-
tis, campis, Sylvis, Nemoribus, Stagnis, fluvijs,
fluminibus piscinis, Molendinis, Tabernis, Sub-
ditis eorumq; laboribus, Censibus datronibus
Commodis, emolumentis, proventibus, cunctis
denicq; attinentijs et pertinentijs ad suprafa-
tam Villam Troszyn nunc et ab antiquo spe-
ctantibus nullis penitùs exceptis nec pro se
nec pro quopiam alio reservatis et praecusto-
ditis, in realem et actualem possessionem tra-
dit et dimittit, Intromissionem per Minste-
rialem Generalem Rñi, et duos Nobiles quan-
docunq; Ipsi Cessionario placuerit conferendam
et acceptandam jam exnunc dat et defacto ad-
mittit, datamq; et admissam nec perse, nec per
alias quasvis a se submissas et subordinatas
Personas ex quocunq; prætextu et occasione
præpedituram vel interturbaturam, quinimò
in pacifica possessione dicta Villa Troszyn ac
libero usu fructu memoratum Gsum Ignati-
um Cichocki Actionarium suum conservatu-
ram. se submittit et obligat, in omnibusq; Bo-
nis

nis suis inscribit. Hac sua personali Recognitione ad praemissa mediante in forma alias Inscriptionis Assionaria, Iurisq; transfusionis plenissima et de Iure perfectissima quam eadem Qua Recognoscens pro majori firmitate manu sua propria subscripsit Dorothea Achocka. Quam ejusmodi Assionem Iurisq; transfusionem sic ut praemissum factam et recognitam, Nos ratam, firmam, ac de Iure validam haben, habericq; abomnibus volentes, eam ad acta praesentia Metrices Rnū suscipi, eidem inseri, et Parti „postulanti" authentice extradi permisimus, In quorum fidem etc Actum ut supra. Relatio episdem Illrmi Procancellary Rnū.

Actum Varsaviae Feria Quarta post Festum Immaculata Conceptionis B. V. Mariae proxima Die scilicet 13 Mensis Xbris 1752 Aō

Obligat Bona Dzieciołowe Szczyty Magnificus Palatinus Cracovien Gō Wegierski Colonello in Summa Sexaginta Millium florenorum polonor.

Augustus Tertius etc. Significamus etc.

Quod coram actis praesens Metrices Rnū Cancellariā Nrā Minoris personaliter comparens Mfeūs Dnūs Ioannes Comes in Tyczyn, Białystok, et Tykocin Branicki Palatinus Cracovi-

enseis

ensis Supremus Exercituum Rnũ Duxensis Capitaneus sanus mente, et corpore existens a Foro, Terris, Districtibus et Iurisdictione sua quavis propriâ et competenti recedendo, praesenti verò Rnã Regiâ Iurisdictioni, quo ad infrascripta recognoscenda dumtaxat attinet sese cum omnibus generaliter Bonis subjiciendo et incorporando sponte, palam, liberè, ac per expressum recognovit, praesentibusq; recognoscit, Quia Ipse Gio Andrea Węgierski Colonello Exercitus Rnũ, Ipsiusq; successoribus in Summa Sexaginta Millium flor polon Bona sua hereditaria Dzięciołow et Szczyty in Palatinatu Podlachiæ, Terra Brelscensita et jacentia cum omni Iure proprietate et propinquitate, ac cum omnibus eorundem Bonorum utilitatibus, usibus fructibus, proventibus, tum Areis, hortis pratis, Campis. Sylvis borris. gais, Nemoribus, indaginibus rubetis, Virgultis, Stagnis, piscinis Magnis et parvis eorumq; decursibus. Commodis et emolumentis, fluvys. fluminibus, rivis, rivulis, torrentibus. Molendinis, Molendinatoribus, Tabernis, Tabernatoribus Prædys, ædificijs Structuris Curialibus et Cmethonalibus Subditis Cmethonibus, hortulanis et Inquilinis, tam ad praesens in ijsdem Bonis residentibus, quam profugis, eorumq; Uxoribus, liberis, dationibus pecoribus, pecudibus, totaq; eorum suppellectili domestica, omnibusq; attinentys et pertinentys, nullis penitus prorsę aut alio quovis exceptis et reservatis, sed ita latè longè, et circumferentialiter, prout eadem Bona

"sese
na" in suis metus et limitibus ab antiquo ex=
tendunt, jam exnunc et defacto in Crastino Fe=
sti SS. Trium Regum in Ao deo dante venturo
Millesimo Septingentesimo Quinquagesimo Sex=
to coram actis Officij Castrens Branscens solven=
da modo obligatorio ad Triennium inscribit et o=
bligat, In casu verò pro illo Termino Summa su=
prascripta Sexaginta Millium florenj polonj non
exolutionis, extunc eadem Bona de Triennio ad
Triennium usq; ad realem Summa premissa exo=
lutionem invadiat. Intromissionem jam exnunc
realem cum actuali et pacifica possessione per=
Ministerialem Rnũ Generalem quemvis et Nobi=
les duos quosvis facilius pro tempore condu=
cendos officiosè acceptandam liberè dat, et defa=
cto admittit, Submittitq; se praterea Idem Reco=
gnoscens suis cum Successoribus de Bonis su=
is generaliter omnibus eundem suum Possesso=
rem obligatorium, sive ejus Successores ab omni=
bus generaliter impedimentis juridicis et extra=
juridicis omnium et singularum Personarum
propinquarum et remotarum cujuscunq; Status
sexus et Conditionis cujusvis existentium tueri,
et defenderẽ, evincere et liberare, et intercedere, in=
demnemq; semper Ipsum, et Ejus Successores to=
ties, quoties opus, et necesse fuerit indemnes
reddere, Idq; sub Vadio similis Summa Sexa=
ginta Millium florenj polonj In casu Inscri=
ptioni presenti Obligatoria in aliquo Contra=
ventionis eidemq; non satisfactionis ad sol=
vendum irremissibiliter succumbendo, Pro quo
quidem Vadio taliter exinde succubito Cita=

tus

tus existens suprascriptus Mfcus Recogno-
scens suis cum Successoribus ex Instantia O-
bligatory Possessoris, sive eius Successorum ad Of-
ficium Castrense Capitaneale Brancen, sive
ad Tribunal Rnũ Petricovien, coram Officio
et Tribunali illo recessu suprascripto medi-
ante, semper in primo Iuris, Citationisq;
Termino tanquam peremptorio, peremptorie
stare, Iuri parere, respondere, comparendoq; Va-
dium praedictum succubitum solvere. Quo so-
luto nihilominus Inscriptioni obligatoriae in
toto satisfacere ac omne Iudicatum offici-
vel Iudicij Tribunalis illius loci de Iure non
excundo pati, absq; omni dilatione, defensio-
ne motione et appellatione, earumq; modo quo-
vis seu per Adcitationes quasvis prosecutione.
Hac sua personali Recognitione ad praemissa
mediante in forma alias Inscriptionis obli-
gatoriae plenissima et de Iure perfectissima -
quam pro majori firmitate Idem Mfcus Re-
cognoscens manu sua propria subscripsit:
Ioannes Branicki Palat. Cracovien. Sup. Dux Rnũ.
Quam ejusmodi Inscriptionem obligatoriam sic
ut praemissum factam et recognitam Nos ratam
et firmam habentes, habereq; ab omnibus volen-
eam Ad acta praesentia Metrices Rnũ suscipi,
ysdem inseri, et Parti postulanti authentice-
extradi permisimus. In quorum fidem etc
Actum ut supra. Relatio Illrmi, Ellmi et Rndmi
Dni Michaelis Comitis de Granow Wodzicki Deca-
ni Cathedralis Cracovien, Abbatis Cervenen. Clarae
Tumbae, Moguinen. Pro Cancellary Rni.

Sub

Sub eodem Actu.

Oblata Privilegy super Sculteti am in Villa Lemnica Gō Balicki servien.

Augustus Tertius, etc. Significamus etc. Oblatas esse ad acta praesentia Metrices Rnu Cancellaria Nrā Minoris Literas Privilegy super Scultetiam in Villa Lemnica Gō Antonio Balicki collatas manu Nrā subscriptō et Sigillo Minoris Cancellaria Rnu communitas, sanas, salvas, et illasas omnigq; suspitionis notâ carentes, polonico Idiomate scriptō Tenoris sequentis: August Trzeci z Bozey Laski Krol Polski, Wielki xiąże Litewski, Ruski, Pruski, Mazowiecki, Zmudzki, Kyowski, Wolynski, Podolski, Podlaski, Inflantski, Smolenski, Siewierski, y Czerniechowski, a Dziedziczny xiąże Saski, y Elektor. Oznaymuiemy niniejszym Listem, Przywilejem Naszym wszem wobec, y każdemu z osobna, komu otym wiedzieć należy Iż My maiąc wzgląd na zasługi Uō Antoniego Balickiego Sekretarza Naszego Krolewskiego, umyslilismy mu Sołtystwo we Wsi Lemnicy w Starostwie Nowosądeckim w Woiewodztwie krakowskim leżące sine legitimo possessore ad praesens zostaiące, y do Dyspozycyi Naszey krolewskiey przypadłe dać y konferować, Jakoż niniejszym Listem Naszym z Budynkami z Folwarkiem, z polami, rolami, łąkami, Sadami za

rolami

roslami, Lasami, Ogrodami, Pastwiskami, Sadzawkami, Stawami, Rzekami, Jeziorami, borami, barciami, y z wolnym w Lasach Staroscinskich Drew na Opat, y budnych rabaniem, piwa, y gorzatki na swoię potrzebę robieniem w Mynach Staroscinskich bez miarek wolnym Metciem, y z wszytkiemi Innymi wolnosciami, w Oryginalnych Przywilejach wyrazonymi, tudziez ze wszytkiemi przynalezytosciami zdawna do tegoż Sołtystwa nalezącymi, nic a nic nie excypuiąc daiemy y konferuiemy, ktore to Sołtystwo we Wsi Lemnicy Jenze Urodzony Antoni Balicki y z Sukcessorami swymi spokoinie w possessyi swoiey trzymac, y używac będzie, tak iednak, aby czyniąc Prawu pospolitemu zadosyc z Lanu całego wyptacał corocznie po złotych Polskich Sto dwiema ratami, y Sukcessorowie Jego wyptacili. Innych zaś Podatkow exekucyi dawac nie będzie, ani żadnych Stacyi, Noclegow, Opasow Żołnierskich ponosic nie ma. Obiecuiemy przytym Naszym, y Nayiaśnieyszych Sukcessorow naszych Imieniem, ze Onego, y Sukcessorow Jego od używania, y spokoyney possessyi przerzeczonego Sołtystwa nic oddalemy, y nikomu oddalic niedopusciemy, ale go wcale y Sukcessorow Jego przy tymze Sołtystwie zachowamy. Co y Nayiaśnieyśi Sukcessorowi Nasi uczynią. Co do wiadomosci podaiąc rozkazuiemy aby Ill. Starostowie Nasi na ten czas będący przerzeczonemu Wm Antoniemu Balickiemu y Sukcessorom

cessorom Jego względem Teyże possessyi, y wol=
ności żadney przeszkody y trudności nie czyni=
li, y nikomu czynić nie dopuścili, ale go przy
nich zachowali, y zachować starali się, iako, y
My zachowuiemy. Prawa nasze Krolewskie, Rze=
czypospolitey, y Kościoła Sō katolickiego wcale
zachowuiąc. Na co dla lepszey wagi przy podpi=
sie ręki naszey przycisnąć Pieczęć koronna ro=
zkazalismy. Dan w Warszawie Dnia IX Mie=
siąca Grudnia Roku Panskiego MDCCLII.
Panowania Naszego XX Roku. Sołtystwo we
Wsi Zemnicy w Starostwie NowoSądeckim
vine legitimo Possessore ad praesens będące
Urodzonemu Antoniemu Balickiemu daie
się. Augustus Rex. Locus Sigilli Minoris Can=
cellariæ Rñi. Joannes Ktossowski Canonicus
Cathedralis Premisliensis Sae Rae Mtis Sigilli
Rñi Secretarius mp. a tergo earundem Litera=
rum tenor verborum sequens est: Rosancella=
riatu Illrmi, Elmi, ac Rndmi Domini Mi=
chaelis Comitis de Granow Wodzicki Decani
Cathedralis Cracoviensis, Abbatis Comenda=
tary Cervenensis et clara Tumba Rosancel=
lary Rñi. sigillatum. Quas ejusmodi Litera
sic ut praemissum oblatas, nos ad acta praesen
suscipi, ysdem inseri, et Parti postulanti au=
thentice extradi, Originale vero restitui, de quo
recepto Cancellaria praesens quietatur permisi=
mus. In quorum fidem etc. Actum ut supra. Re=
latio Eiusdem Illustrissimi, Excellentissimi
ac Reverendmi Rosancellary Rñi.

Actum.

Actum Varsavia Feria Sexta in Crastino Festi Conversionis Sti Pauli Die scilicet 26 Mensis January. Millesimo Septingentesimo Quinquagesimo Tertio Aõ Constituunt Mfci Duces Czartoryscy Conjuges Palatini Russia Plenipotentem Mfcum Supremum Rnũ Cancellarium.

Augustus Tertuis etc. Significamus etc. Quòd coram actis Metrices Rnu Cancellariæ Nrã Minoris personaliter comparentes Mfci Augustus Alexander in Kleiwan et Zukow Dux Czartorysti Palatinus et Generalis Terrarum Russia, ac Podolia, et Maria Sophia de Sieniawskie Conjuges, et quidem Mfca Consors in Assistentia Maritali sani mentibus et corporibus existentes a Foro, Terris, Districtibus, et Jurisdictione sua quavis propria et competenti recedendo, præsenti verò Nrã Regia Jurisdictioni, quo ad infra recognoscenda attinet seve subjiciendo et incorporando sponte, palam, liberè, ac per expressum recognoverunt, præsentibusq; recognoscunt. Quia Ipsi ad vindicandam substantiam mobilem et immobilem fatis olim Qsi Blasy Krasinski Capitanei Prasnicensis sterilibus in se Recognoscentes ex Capite Ligezoviano procedentes Successores devolutam in suum verum, legitimum, specialemq; Plenipotentem Mfcum Joannem Comitem in Konskie et Biała Laczow a Matachowice Matachowski Supremum

mum Rñi Cancellarium, Opocnensem, et Ostro-
locensem Capitaneum, eligunt, constituunt, ac
ordinant, Dantes eidem suprascripto Mfio Ple-
nipotenti omnimodam, absolutamq; potesta-
tem, rituatu ejusmodi mobilis et Immobilis
Substantia post sterile caput memorati Qñi
Blasy Krasinski se Recognoscentes erga a-
lios Consuccessores Iure successivo legitimè
respicientis, Causam et actionem instituen-
di, institutam attentandi ac prosequendi
Decreta suscipiendi, a gravaminosis verò pro-
vocandi, alios Plenipotentes in locum sui
cum simili vel limitata facultate substi-
tuendi, Juramenta attentandi, aliaq; mu-
nia et officia verum et indubitatum Plenipo-
tentem respicientia peragendi, obeundi, et exe-
quendi, Promittentes se id totum, quidquid
per Eundem Mfcum Plenipotentem sive Ejus
substitutos, actum, gestum, constitutumq; fue-
rit pro rato et grato suscepturos. Quam qui-
dem Plenipotentiam suam eo usq; durattu-
ram, roburq; ac valorem suum habituram Ej-
dem Mfci Recognoscentes volunt, praesenti-
busq; se declarant. Quousq; Negotium supra-
scriptum poposcerit. Hac sua personali Recogni-
tione ad praemissa mediante in forma alias
Plenipotentiâ plenissima et de Jure perfecti-
sima, Quam manibus suis proprys Ydem-
Mfci Recognoscentes subscripserunt. Augustus
Dr: Czartoryski, P.G.T.R. Marya Zofia z Sienia-
wskich Xżna Czartoryska. W.Q.Z.Ry P. Quam

ejusmodi

ejusmodi Plenipotentiam, sic ut præmissum factam et recognitam, Nos ad acta præsentia suscipi, eidem inseri, et Parti postulanti authentice extradi permisimus. In quorum fidem etc. Actum ut supra. Relatio Illmi et Ellmi Dñi Joannis Comitis in Konskie et Biatacz de Matachowice Matachowski Supremi Dñi Cancellary Opoenen. et Ostrolecen. Capitanei.

Sub eodem Actu.

Constituit Plenipotentem Gsus Lubomirski S. R. Impery Princeps Excubiarum Præfectus Mfcum Supremum Regni Cancellarium.

Augustus Tertius etc. Significamus etc. Quod coram actis præsentibus Metrices Regni Cancellaria Nra Minoris personaliter comparens Gsus Stanislaus Comes in Wisnicz, et Jarostaw Lubomirski S. R. Impery Princeps Excubiarum Dñi Præfectus sanus mente, et corpore existens a Foro, Terris, Districtibus et Jurisdictione sua quavis propria et competenti recedendo, præsenti vero Nra Regia Jurisdictioni quo ad infra recognoscenda attinet sese subjiciendo et incorporando sponte palam, libere, ac per expressum recognovit, præsentibusq; recognoscit. Quia Ipse ad vindicandam substantiam mobilem et Immobilem fatis olim Gsi Blasy Krasinski Capitanei Brasnicensis sterilibus in se Recognoscentem ex Capite Ligezoviano procedentem Successoremfratam formam ac de jure validam habentes, haberiq; ab omnibus volentes eam =

cessorem devolutam in suum verum legiti-
mum, specialemq; Plenipotentem Mscum Joan-
nem Comitem in Konskie et Bratacziow a Ma-
lachowice Malachowski Supremum Rñ Can-
cellarium Opocnensem et Ostrolocensem Capita-
neum eligit, constituit, ac ordinat. Dans et con
cedens Eidem suprascripto Mscõ Plenipotenti
suo omnimodam, absolutamq; potestatem in-
tuitu ejusmodi mobilis, et immobilis substan-
tia post sterile capid memorati Gsi Blasy Kra-
sinski se Recognoscentem erga alios Consucces-
sores Jure successivo legitimè respicientis, cau-
sam et Actionem instituendi, institutam at-
tentandi, ac prosequendi, Decreta suscipiendi
a gravaminosis provocandi, alios Plenipo-
tentes in locum sui cum simili vel limita-
ta Potestate substituendi, Juramenta atten-
tandi, aliaq; munia et Officia verum et in-
dubitatum Plenipotentem concernentia per-
agendi obeundi et exequendi. Promittens se
id totum, quidquid per prædictum Mscum
Plenipotentem sive eius substitutos actum-
gestum, constitutumq; fuerit pro rato et gra-
to suscepturum. Quam quidem Plenipoten-
tiam eousq; duraturam, roburq; ac valo-
rem suum habituram Idem Mscus Reco-
gnoscens vult, præsentibusq; se declarat, quo-
usq; Negotium suprascriptum poposcerit. Hac
sua personali Recognitione ad præmissa me-
diante, In forma alias Plenipotentiâ plenissi-

ma

ma, et de Jure perfectissima. Quam manu sua propria subscripsit: Stanislaw Lubomir. Scti SVK. Quam ejusmodi Plenipotentiam sicut praemissum factam et recognitam, Nos ratam firmam ac de Jure validam habentes haberiq; ab omnibus volentes, eam ad acta praesentia suscipi, eidem inseri, et Parti postulanti authenticè extrâdi permisimus in quorum fidem etc. Actum ut supra. Relatio ejusdem Illrmii Supremi Rnũ Cancellary

Oblata Juris Communicativi su per Advocati am Siedlec Gsdã Annã Dolego wa servientẽ

Actum Varsaviæ Feria Quarta ante Festum Purificationis B.V. Mariæ proxima Die scilicet 31 Mensis January 1753 Aõ.

Augustus Tertius etc. Significamus etc. Oblatas esse ad Acta praesentia Metrices Rnũ. Cancellariæ Nrã Minoris Literas Juris Communicativi infrascriptas, manu Nrã subscriptas, et Sigillo Majoris Cancellariæ Rnũ communitas, sanas, salvas et illæsas, omnique prorsus suspitionis notâ carentes: Tenoris sequentis, Augustus Tertius Dei Gratia Rex Poloniæ, Magnus Dux Lithvaniæ, Russiæ Prussiæ, Masovia, Samogitiæ, Kyoviæ, Vothyniæ, Podoliæ, Podlachiæ, Livoniæ, Smolen. sciæ, Severiæ, Czerniecoviæq; nec non Hæreditarius Dux Saxoniæ et Princeps Elector. Significamus praesentibus Literis Nris quorum interest

interest Universis et Singulis, Quia Nos ha-
bito respectu meritorum Nobis et Reipublica
prestitorum Gsi Martini Dolega Prafecti in
Exercitu Rnũ faciendum esse duximus, ut Jus
communicativum Ipsi super Advocatiam ac
Gradum Siedlec dictum in Palatinatu Ra-
coviensi, Capitaneatu Olsturiensi serviens-
Gsa quoqs Anna de Wunder Consorti sua le-
gitima concederemus, et communicaremus,
prout defacto presentibus Literis Nris Con-
cedimus et communicamus, ita ut eandem
Advocatiam Siedlec dictam cum Curia, Pra-
dys, Agris pratis, Campis, Sylvis, Nemori-
bus, Stagnis, piscinis, lacubus, fluvys, flu-
minibus, Braxatorys, Tabernis, molendinis
Subditis, eorumqs laboribus Censibus, datio-
nibus Commodis et emolumentis, cunctis de
nisqs attinentys et pertinentys, nullis peni-
tus exceptis, sed ita prout anteriùs possi-
debatur Ydem Gsi Martinus Dolega et An-
na de Wunder Conjuges ambo insolidum te-
neant, habeant, et possideant ad extrema vi-
ta tempora. Promittimus autem pro Nobis
et Srnis Successoribus Nris, non esse Nos
Srnosqs Successores Nros ab usu et pacifica
possessione supradicta Advocatia Eosdem
Gsos Martinum Dolega et Annam de Wun-
der Conjuges amoturos, neqs amovendi pote-
statem cuipiam daturos, sed salvum et inte-
grum Jus Advitalitium Ipsdem conservatu-
ros, Quod et Srnii Successores Nri prastabunt,

Juribus

Juribus Nris Regalibus, Reipublicæ Eccle-
siæq; Romano Catholicæ salvis manentibus.
In quorum fidem præsentes manu Nrâ sub-
scriptas, Sigillô Rnŭ communiri jussimus.
Datum Varsaviæ Die VIII Mensis Decem-
bris Anno Dñi MDCCLII. Regni verò Nri
XX âo. Jus Communicativum super Advo-
catiam ac Pradium Siedlec dictum in Pa-
latinatu Cracoviensi, Capitaneatu Ostrinen-
situm, Quôd Gsô Martino Dolega Præfecto
in Exercitu Rnŭ servit, Gsâ quoq; Anna de
Wunder Consorti sua legitima ~~datur~~ conceditur. Au-
gustus Rex. Locus Sigilli majoris Cancella-
riæ Rnŭ. Adalbertus Rakowski, Sæ Ræ Mtis
Sigilli majoris Rnŭ Secretarius mpp. Quas
ejusmôdi Literas sic ut præmissum oblatas, -
nos ad acta præsentia suscipi, ipsdem inse-
ri et Parti postulanti authenticè extrâdi
Originale vero rursùs restitui, de quo rece-
pto Cancellaria præsens quietatur, permi-
simus. In quorum fidem etc. Actum ut su-
pra. Relatio ut supra.

Sub eodem Actu.

Oblata Approbationis fundationis
Conventûs Grasnobrodens Ord. Pra-
dicatorum servien:
Augustus Tertius etc. Significamus etc.
Oblatas esse ad acta præsentia Metrices Rnŭ
Can:

Cancellaria Nrã Minoris Literas Approbationis Fundationis Religiosorum PP. Ordinis Praedicatorum Conventus Grasnobrodensis infrascriptas, manu Srmi Augusti Secundi Patris Nri desideratissimi subscriptas, et Sigillo Majoris Cancellaria communitas, ac ad acta Castrensia Belzensia per oblatam porrectas infrascriptas Tenoris sequentis: Augustus Secundus Dei Gratia Rex Poloniæ, Magnus Dux Lithvaniæ, Russiæ, Prussiæ, Masoviæ, Samogitiæ, Kyoviæ, Vothyniæ, Podoliæ Podlachiæ, Livoniæ, Smolenscia, Severiæ, Czerniechoviæq; nec non Hæreditarius Dux Saxoniæ, et Princeps Elector. Significamus praesentibus Literis Nris, quorum interest Universis et Singulis has Nras inspecturis Literas. Siquidem a tot Annis Locus et Imago Gloriosissimæ Coelorum Reginæ ad Oppidum Grasnobrod in Sylvis Tomasovien:ibus Dominy Ordinationis Zamoscensis in Palatinatu Belzensi penes publicam Stratam viam ex Russiæ partibus tendentem, Signis mirificis et gratys miraculosissimis sub cura et Custodia Religiosorum Patrum Sacri Ord:s Praedicatorum Sancti Dominici in dies clarescit prout Commissiones super indagata veritate hujusmodi ritu Catholico peracta publica fide testantur. Evidenterq; et per extirpationem pestiferæ Hæresis Calviniana ac Ruthenorum Schismatis ex supradicto Oppido Grasnobrodensi, ac tota Circumferentia loci illius, zelo ac vigilantia di-

ctorum

in latum vero Viginti Novem Cubitorum protendentem ad Curiam ejusdem Gsi Francisci Rostkowski propriam et hæreditariam proxime, et contermine adjacentem, cum omni et integro Jure suo, dominio, proprietate, propinquitate, Titulo hereditario, ac omnibus ejusdem fundi utilitatibus, usibus, fructibus, proventibus, ac quibusvis emolumentis, ita latè circumferentialiterq; prout idem fundus ab antiquo in suis metis, et limitibus extat et extenditur, extareq; et extendi debet, nihil sibi suisq; Successoribus quidquam Juris, aut cujusvis pretensionis ad eundem fundum reservando et excipiendo, dat, donat, confert, inscribit, et resignat, pura, mera, et irrevocabili Donatione, perpetuo, et in avum, intromissionemq; Ipsi in prafatum fundum presentibus resignatum per Ministerialem Rni Generalem quemvis et Nobiles duos quosvis faciliis pro tempore conducendos officiosè acceptandam liberè dat, et defacto admittit, pacem cum tuitione, et sufficienti evictione cavet, et inscribit, Idemq; sub damnis Terrestribus, simplici verbo, absq; Juramento corporali a se Recognoscente submittente, suisq; Successoribus in casu exorti impedimenti, et non facta tuitionis et evictionis ex Instantia ejusd Donatary Possessoris, sive ejus Successorum coram Officio, Castren Varsavien sive alio quovis Judicio et Officio Rni removendis omnibus dilatitionibus et fori exceptione vindicandis, et in contenti Idem Mfcus Recognoscens sanus receden-

do

do recognovit. Quia Ipse Eundem Gsum Franciscum Rostkowski Venatorem Rosanen. ejusq; legitimos Successores de Summa in vim pretyfundi sui propry et hareditary hodierno sub actu eidem Gso Rostkowski resignati inter se Recognoscentem, et Eundem Gm Rostkowski constituta proveniente realiter, et in effectu sibi Recognoscenti exsoluta, quietat, emittit et liberum, absolutumq; facit, et pronunciat. Hac sua personali Recognitione ad premissa mediante In forma alias Donationis, et Quietationis perfectissima, quam manu sua propria Idem Mfus Recognoscens subscripsit. Janusz Xiąże Sanguszko M N.W.X Litt. Quam ejusmodi Donationem et Quietationem sic ut premissum factam et recognitam, Nos ratam, firmam, ac de Jure validam habentes, habereq; ab omnibus volen. eam ad Acta presen. Metrices Rnu suscipi, ypdem inseri et Parti postulanti in forma authentica extradi permisimus. In quorum fidem et. Actum et Relatio ut supra.

Sub eodem Actu.

Oblata Privilegy Juris Emphiteutici super Bonis Szembruczek cum attinentys Gso Steinhauser Consiliario S. R. Mtis servien.

Augustus Jertus et. Significamus et. Oblatas esse ad acta presentia Metrices Rnu Cancellaria Nra Minoris Literas Privilegy in. frascriptas, manu Nra subscriptas, et Sigillo Minoris Cancellariæ Rnu communitas, Gso Joanni Benjamin Steinhauser super Bona Szembruczek dicta cum attinentys in Oeconomia Rogosnensi

snensi vita collatas Tenoris sequentis: Au=
gustus Tertius Dei Gratia Rex Polonia Ma=
gnus Dux Lithvania, Russia, Prussia, Masovia,
Samogitia, Kyovia, Volhynia, Podolia, Podla=
chia, Livonia, Smolenscia, Severia, Czerni=
chovia que, nec non Hareditarius Dux Saxo=
nia, et Princeps Elector. Significamus præsen=
tibus Literis Nris, quorum interest Univer=
sis et Singulis, Quod cum Gsus Joannes Ben=
jamin Steinhauser Consiliarius Camera No=
ster, assessorq; Commissionis Thesauri Nostri,=
ratione continuationis Juris Emphiteutici=
super Bona Siembruczek cum attinentijs Pia=
tek, Sobota, et Bialek in Occonomia Nostra Ro=
gosnensi tale, quale Successoribus olim Nobi=
lis Joannis Bliverniz adhuc ad spatium=
Trium Annorum, nempe ad diem Vigesimam
Secundam Marty anni futuri Millesimi Septin=
gentesimi Quinquagesimi Terty competere
debuerat, cum eisdem composuerit, Contractum=
que certum in ordine ad obtinendam in Per=
sonam sui pravio Consensu Arcis Nostra Ro=
gosnensis, residuatus eorundem Trium An=
norum Assionem inierit, et confecerit, Nos
attentis insignibus meritis et obsequijs ejus=
dem Qsi Joannis Steinhauser Consiliary
Nostri, quæ Nobis, Sereniss.moq; olim Prade=
cessori, ac Parenti Nostro desideratissimo=

singulari

singulari virtute, fidelitate, ac dexteritate, per longam annorum seriem abunde prestitit, et prastare non desinit, non tantum ejusmodi Contractum approbandum, sed etiam memoratum Jus emphiteuticum in Personam Ipsius et Successorum Ejus ad Spatium Quinquaginta Annorum immediatè post se currentium memoratos Annos tres ex præterita Emphiteusi adhuc restantes includendo, prolongandum et prorogandum esse duximus, Prout quidem prolongamus, et prorogamus præsentibus Literis Nostris, ita ut Eadem Bona Szembruczek dicta cum omnibus agris, pratis, campis, pascuis, sylvis, Nemoribus, Adificys, Structuris, Molendinis, Tabernis, Subditis, eorumq; laboribus, Censibus. proventibus utilitatibus, Commodis, emolumentis, attinentisque et pertinentys generaliter universis, eò antiquitus spectantibus, et prout Immediati Emphiteuta tenuerunt, teneat, habeat, et possideat, Successoresque illius teneant, habeant et possideant, ad plenariam usq; ejusdem prolongata sibi Emphiteusis expirationem nimirum in Ao Deo dante futuro Millesimo Octingentesimo subsequendam, - Idquè cum libera etiam facultate et plenaria potestate eandem Villam Szembruczek

dictam

dictam, cumqȝ suis attinentys, eodem Ju=
re cuivis cedendi, et alienandi, eum in mo=
dum, ut nulla alia Cessionis, vel alienatio=
nis approbatione opus habeant, sed præsens
Privilegium loco Confirmationis Nostræ=
semper valere debeat, Promittimusque pro No=
bis et Serenissimis Successoribus Nostris non
esse Nos, Eundem Generosum Joannem Ben=
jamin Steinhauser, nec ejus Hæredes ac Su=
cessores, vel quosvis Cessionarios ab usu et pa=
cifica possessione eorundem Bonorum Szem=
bruczek cum attinentys amoturos, aut ali=
enaturos, neminiqȝ amovendi, aut alienan=
di potestatem Daturos, sed Ipsi, ac Succes=
soribus suis seu Cessionarys Integrum Jus
emphiteuticum Privilegio hocce Nostro be=
nigniter collatum, et concessum conserva=
turos, Quod et Serenissimi Successores No=
stri præstabunt. Ex quibus quidem Villis
Ydem Pus Steinhauser, Eusque Successo=
res vel Cessionary pro quolibet Festo Sti Mar=
tini annuatim Censum a quolibet Man=
so per Decem florenos Polonicales, Nobis=
Successoribusqȝ Nostris ad arcem Nostram
Rogosnensem durante sua Emphiteutica pos=
sessione solvere tenebuntur, ab alys autem

datio=

dationibus, Servitys Arcis ejusdem, atqꝫ a Militaribus Stationibus, et Exactionibus liberi esse debebunt. Juribus Nris Regalibus, Reipublicæ, Ecclesiaqꝫ Catholicæ Romanæ salvis. In quorum fidem præsentes manu Nostra subscriptas, Sigillo Regni communiri jussimus mp. Datum Varsaviæ Die Prima Mensis Junij Anno Domini M.DCCL. Regni verò Nostri XVII ão. Bona Szembruczek dicta cum attinentys in Oeconomia Rogosnensi sita Generoso Joanni Benjamin Reinhauser Jure Emphiteutico conferuntur. Augustus Rex. Locus Sigilli Minoris Cancellariæ Rnũ. Joannes Kłosowski Canonicus Cathedralis Premisliens Scr. Rae Mtis Sigilli Rnũ Secretarius mp. a tergo Ejusdem Privilegij tenor verborum sequens est= Procancellariatu, Illustrissimi, Excellentissimi, ac Reverendissimi Dñi Michaelis Comitis de Granow Wodzicki Decani Cathedralis Cracovien abbatis Wachocensis, et Czervenen Procancellary Rnõ, Sigillatum. Quas ejusmodi Literas Privilegij sic ut præmissum oblatas nos ad acta præsentia Metrices Regni excipi, ipsdem inseri, et Parti postulanti authentice extradi permisimus, In quorum fidem.

Sigillum

Sigillum Rñi est appressum. Actum Varsavia ut supra. Relatio Illustrissimi et Excellentissimi Domini Ioannis Comitis in Konskie et Biataczow, a Matachowice Matachowski Supremi Regni Cancellary, Opocnensis et Ostrolocenę Capitanei.

Actum Varsavia Feria Secunda ante Festum Sancti Jacobi Apostoli proxima Die scilicet Vigesima Tertia Mensis July Anno Domini Millesimo Septingentesimo Quinquagesimo Tertio.

Roborat Magnificus Supremus Regni Cancellarius Contractum Resignatorium cum Mfcõ Duce Sanguszko Marschalco Curiæ M. D. Litt.ª initum.

Augustus Tertius etc. Significamus etc. Quod coram actis praesentibus Metrices Regni Cancellariæ Prñæ Minoris personaliter comparens Magnificus Ioannes Comes in Konskie et Biataczow a Matachowice Matachowski Supremus Rñi Cancellarius, Opocnensę et

et

710.

et Ostrolocensis Capitaneus, sanus mente et corpore existens a Foro, Terris, Districtibus, et Jurisdictione sua quavis propria et competenti recedendo, præsenti verò Sræ Regiæ Jurisdictioni, quo ad infra recognoscenda duntaxat attinet seve cum Bonis suis generaliter omnibus subjiciendo et incorporando sponte, palam, libere, ac per expressum recognovit, præsentibusq; recognoscit. Quia ipse certum Contractum Resignatorium Bonorum Hæreditariorum in Palatinatu, et Districtu Sendomiriensi consistentium Villarum videlicet Bodzechow, Trebanow, Bogustawice, Ruszkow, Gozdzielin. Oppidi Mielow Villarum Brzustowa, Groiec, Wola Groiecka, Jastkow, Glinki, Podgrodzie, Przepaść, Krzczonowice, Denkowek, Drzenkowice, Szczucice, Woynowice et Sortum in Zuchow cum Nro Duce Lubartowicz Sanguszko Marschalco Curiæ M.D. Litt^{a} in Kolbuszow Die Tertia Mensis et Anni ad præsens currentium confectum, manibus Nrorum Recognoscentium et Amicorum subscriptum. et Sigillis gentilitys in cera rubra hispanica expressis communitum, Vadiocq; Juri. gentorum Mllum flor^{i} polon^{i} firmatum ac per suprascriptum Nrum Sanguszko Marschalcum Curiæ M.D. Litt^{a} actis Castren Sandomirien Feria Quinta post Festum Visitationis B.V. Mariæ proxima ao præsenti 1753 roboratum

in

in omnibus Ejusdem Contractus pundis Clausulis, Articulis, nexibus, foro, et ligamentis approbat, confirmat, roborat, et ratificat, Eidemqȝ Contractui, tam in toto, quàm in qualibet minima Parte ejus sese cum Successoribus suis satisfacere submittit, præsentibusqȝ declarat. Idqȝ sub Vadio similis Summæ Quingentorum Millium florenorum polonicorum in Casu eidem Contractui in aliquo per aliquem Partium Contraventionis irremissibiliter succumbendo, Pro quo quidem Vadio taliter exinde succubito citata una Pars contravenies per aliam Partem præfatum Contractum manutenentem et adimplentem ad Officium Castri Sandomiriensis, seu Nova Civitatis, aut etiam Tribunalis Regni Lublinensis existens tenebitur illo coram Judicio seu Officio recessu præscripto mediante semper in primo Juris Citationisqȝ Termino peremptorie stare, Juri parere, Comparendoqȝ Vadium prædictum taliter exinde succubitum solvere, Quo soluto nihilominus præsenti Contractui in toto satisfacere, et omne Judicatum de Jure non excundo pati, absqȝ omni dilatione defensione, exceptione, præscriptione, protestatione, evasione evasione, evocatione, motione, et appellatione, earumqȝ modo quovis seu per Adcitationes quasvis prosecutione. His suis personalibus

bus Recognitionibus ad præmissa mediantibus In forma alias Roborationis plenissimа, et perfectissimia, Quam Idem Mſcūs Recognoscens manu sua propria subscripsit.= J. Malachowski. S. R. Can: mp. Quam ejusmodi Roborationem sic ut præmissum factam, et recognitam, Nos ratam, et firmam habentes, haberiq; ab omnibus volentes eam ad acta præsentia suscipi, eysdem inseri, et Parti postulanti in forma authentica extradi permisimus. In quorum fidem etc. Actum et Relatio ut supra.

Sub eodem Actu.

Cedit Mſcūs Dux Sanguszko Marschalcus Curiæ N. D. Littᵃ Mſcō Supremo Rñi Cancellario de Summis in Clavi Baronovien= harentibus. Augustus III. etc. Significamus etc.

Quod coram Actis præsentibus Metricis Rnō Cancellariæ Nrae Minoris personaliter comparens Mſcūs Januſsius Alexander in Bialykowel, Smolany, Rakow, Zastaw, et Ostrog Dux Lubartowicz Sanguszko in Wisnicz, Jarostaw, et Jarnow Comes Marschalcus N. D. Littᵃ olim Mſcorūm Pauli Caroli Lubartowicz Sanguszko et Annæ de Lubomirskie, olim Mſcī Alexandri Lubomirski Palatini Cracoviensis Filiæ Conjugum Marschalcorum N. D. Littᵃ Filius Summarum in Bonis Oppidi Baranow una cum attinentys in Palatinatu Sandomiriensi ditt hærentium, unicus et naturalis Succesor ja=

nues

nus mente, et corpore existens, a Foro, Terris, Districtibus, et Jurisdictione sua quavis pro= pria et competenti recedendo, præsenti verò No= stra Regia Jurisdictioni, quo ad infra recogno= scenda duntaxat attinet sese subjiciendo et in= corporando, sponte, palam, liberè, ac per expres= sum recognovit, præsentibusq; recognoscit. Quia Ipse de omni et integro Jure suo infrascripto vi= delicet de Summis in Oppido Baranow et Vil= lis ad Idem Oppidum seu Clavim Baranovi= ensem spectantibus videlicet Mitrow Majori et Mitrow Minori, Domacyny, Koto, Sucho= rzew, Stopance, Wola Durdy, Gaglin Zadusni= ki, Woykow, Dambrowica Katy, una cum Præ= dys et Tabernis ab alys attinentys et pertinen= tys ex antiquo ad dictam Clavim Baranovien= in Palatinatu Sandomiriens consisten= spectan= tibus sese extendentibus, et in suprascriptis Bo= nis hærentibus ac ad se Nscum Recognoscen= tem Jure naturalis Successionis devolutis cum omni et integro Jure, proprietate, dominio et propinquitate, ad easdem Summas habitis nihil sibi suisq; Successoribus aut alio quo= piam ampliùs Juris reservando, jam exnunc et defacto Nsco Joanni Comiti in Konstii et Bratacrow a Matachowice Matachowski Su= premo Rni Cancellario Opocnens Ostrolocensi Capitaneo Eusq; Successoribus accepta ab Ipso pro præmissis omnibus plenaria et sufficien= ti satisfactione cessit et condescendit, prout

quidem

quidem præsentibus cedit, et condescendit, omnesq; et integrum Jus suum ad præmissa serviens in Eundem Nſcum Supremum Rni Cancellarium, Ejusq; Successores totaliter & plenarie transtulit, transfudit, et incorporavit, prout per præsentes transfundit, transfert, et incorporat. Et jam exnunc Idem Nſcus Recognoscens in hoc Idem Jus Cessum & Summas in Clavi prafata Baranoviensi haerentes, et assecuratas, atq; ipsa Bona superiùs specificata, Juribus cessis onerata realem Intromissionem et actualem suprascripto Nſco Cessionario suo quandocunq; voluerit per Ministerialem Rni Generalem quemvis acceptandam præsentibus dat, et defacto admittit, ac Evictionem et Jutionem ex re et Persona sui suorumq; Successorum cavet, Jorumq; ad respondendum quodvis Rni competens sibi, suisq; Successoribus assignat. Hac sua personali Recognitione ad præmissa mediante, in forma aliàs Cessionis Jurisq; transfusionis plenissima et de jure perfectissima, Quam Idem Nſcus Recognoscens manu sua propria subscripsit: Janusz Xiaz Sanguszko M.N.W.X. Litt.o mp. Quam ejusmodi Cessionem, Jurisq; transfusionem sic ut præmissum factam et recognitam, Nos ratam, firmam, ac de Jure Validam habens habericq; ab omnibus volens eam ad acta præsens Metrices Rni suscipi, ipsdem inseri, et Parti postulanti authenticè extradi permisimus. In quorum fidem et. Actum ut supra Relatio Ejusdem Illmi Supremi Rni Cancellarij

Actum

Actum Varsaviæ Fe=
riâ Sexta post Festum
Stⁱ Jacobi Apostoli pro=
xima Die scilicet 27
July 1753 Ao.

Donat certos Fundos Mfcis Dux San=
guszko Marschalcus Curiæ M D. Littª Ge=
nerosis Piaseckim Conjugibus, Pocillato=
ribus Smolenscensibus.

Augustus Tertius etc. Significamus etc.
Quod coram Actis præsentibus Metricis Rnī
Cancellariâ Nrâ Minoris personaliter com pa=
rens Mfcus Januſsius Alexander in Biały Ka=
wel, Smolany, Rakow, Zastaw et Ostrog Dux
Lubartowicz Sanguszko in Wisnicz, Jarostaw, et
Jarnow Comes Marschalcus Curiæ M D. Littª
Ordinatus Ostrogiensis, Krzemienecensis, Cerkaſsi=
ensis Capitaneus sanus mente, et corpore exi=
stens a Foro, Terris, Districtibus, et Jurisdicti=
one sua quavis propria et competenti receden=
do, præsenti verò Nrâ Regiâ se cum Bonis
suis generaliter omnibus subjiciendo et incor=
porando, sponte, palam, liberè, ac per expreſ=
sum recognovit, præsentibusqꝫ recognoscit. Quia
Ipse Generosis Francisco Piasecki Pocillatori
Smolenscia, et Alexandra de Poplawskie Conju=
gibus, Eorumqꝫ legitimis Succeſsoribus Jam ex=
nunc et defacto fundos suos proprios et hære=
ditarios in Oppido Alexandria vocitato ad Var=
saviam et Suburbium Stracowienze post Curiam

et

et Jundum Gsi Francisci Rostkowski Venatoris Terræ Rosanensis proprium et hæreditarium, Stabulagq; inibidem ejusdem Gsi Rostkowski conterminie sita, jacentes, et consistentes utpote quatuor fundos et quidem primium in latum Cubitorum Vginti Quinque, in longum vero Cubitorum Quadraginta Quinque protendentem in possessione Famata Betmanowa ex Censu terragiali annuo, tum quoq; alterum fundum ab horto hæreditario dicti Gsi Rostkowski Venatoris Rosanensis incipientem, in latum Vginti Septem et medij cubitorum, in longum vero Sexaginta Unius et medy Cubitorum itidem protendentem Famato Thoma Coquo taliter ut præmissum est ex Censu annuo Terragiali, Tum quoq; Tertium fundum seu Ream Vginti Septem et medy cubitorum in latum, In longum vero Sexaginta Unius et medy itidem Cubitorum sese extendentem in possessione Famati Lulinski Pistoris extantem nec non quartum fundum seu Ream in longum cubitorum vginti Septem, in latum vero Sexaginta Unius et medy itidem cubitorum in possessione relicta et Successorum olim Jti Andreæ Obuchowicz Pistoris existentem ut præmissum est ex Censibus Terragialibus locatos et conductos penes se contermine jacentes a via publica ad Villam Szulec a parte dextra currente ad Palatium Czapskich dictum circa plateam inibidem existentem sese extendentes

eum

cum omni et integro Jure suo, dominio, pro-
prietate, qui tituloq; hæreditario, ac omnibus eorun-
dem fundorum seu arearum utilitatibus, usi-
bus, fructibus, proventibus, emolumentis, ac qui-
busvis obventionibus, ita, late, longè, circumfe-
rentialiterq; prout Ydem fundi quatuor seu
Area in suis metis, et limitibus extant, et ex-
tenduntur, extareq; et extendi debent, prout E-
osdem suprafati Terragiales Possessores possident,
nihil sibi, suisq; Successoribus quidquam ju-
ris aut cujusvis pretensionis ad prædictos
fundos et Areas reservando, seu modo quovis
excipiendo, dat, donat, confert, inscribit, et resi-
gnat, pura mera, vera, et irrevocabili Donatio-
ne perpetuo et in avum. Intromissionemq; Ipsis
in prafatos quatuor fundos præsentibus resi-
gnatos per Ministerialem Rni Generalem quum-
vis, et Nobiles duos quosvis faciliùs pro tem-
pore conducendos officiosè acceptandam liberè
dat, et defacto admittit. Pacem cum tuitione
et sufficienti evictione in et super Bonis su-
is generaliter omnibus suis cum Successori-
bus cavet, et inscribit, Idq; sub damnis Terre-
stribus, simplici verbo absq; Juramento corpo-
rali a se Recognoscente submittente, suisq;
Successoribus in Casu exorti alicujus impedi-
menti, et non facta tuitionis et evictionis,
irremissibiliter succumbendis. Ex Instantia
eorundem Gorũm Donatariorum Hæredum
et Possessorum, sive eorundem Successorum co-
ram Officio Castrensi Varsaviensi, sive alio

quovis

quovis Judicio et Officio Rnu, remotis omnibus Juris diffugys, dilationibus, et Fori exceptione vindicandis. Et incontinenti Idem Magnificus Recognoscens sanus recedendo recognovit, Quia Ipse eosdem Gsos Franciscum et Alexandram de Loptawskie Piasecka, Locullatores Smolenscenses Conjuges, eorumqs legitimos Successores de Summa in vim pretty Fundorum Ad presens hodierno sub Actu eisdem Gsis Piaseckie Conjugibus resignatorum inter se Recognoscentem, et eosdem Gsos Piaseckie constituta proveniente realiter et in effectu sibi Recognoscenti per eosdem Gsos Piaseckie exsoluta, quietat, emittit, et liberos, absolutosqs cum Successoribus eorum facit et pronunciat. Hac sua personali Recognitione ad præmissa mediante, Jn forma alias Donationis, et quietationis perfectissima, quam manu sua propria Idem Mfcus Recognoscens subscripsit: Ianusz Xraze Sanguszko MN.W.X.Litt.o Quam ejusmodi Donationem, tum Quietationem, Nos ratam et firmam habentes, habereqs ab omnibus volentes eam. Ad acta præsentia suscipi, eidem inseri, et Parti postulanti in forma authentica extradi permisimus, Jn quorum fidem Sigillum Regni est appressum. Actum Varsaviæ ut supra. Relatio Illustrissimi et Excellentissimi Dni Joannis Comitis in Konskie et Białaczow a Matachowice Matachowski Supremi Rni Cancellary, Opocnensis et Ostrolocenz Capitanei.

Sub

Sub eodem Actu.

Donat certos Fundos Magnificus. Dux Sanguszko Mareschalcus Curiæ M. D. Lithvaniæ Pō Carolo Szydłowski Ensifero Zawskrzensi.

Augustus III etc. Significamus etc.

Quod coram actis præsentibus Metrices Regni Cancellariâ Nostra Minoris personaliter comparens Mfcus Janussius Alexander, in Białły Kowel, Smolany, Rakow, Zastaw, et Ostrog Dux Lubartowicz Sanguszko in Wisnicz, Jarostaw, et Tarnow Comes Mareschalcus Curiæ M. D. Lit.ae Ordinatus Ostrogiensis, Cremenecensis, Certaskiensis Capitaneus, sanus mente, et corpore existens, a Foro, Terris, Districtibus, et Jurisdictione sua quavis propria et competenti recedendo, præsenti verò Nrā Regiæ Jurisdictioni se cum Bonis suis generaliter omnibus subjiciendo et incorporando sponte, palam, liberè, ac per expressum recognovit, præsentibusq; recognoscit. Quia Ipse Gō Carolo Szydłowski Ensifero Zawskrzensi ejusq; legitimis Successoribus jam exnunc et defacto Fundos suos proprios et hæreditarios, in Suburbio Cracoviensi post Capellam Moschovitticam Religiosorum in Xto P. P. Ordinis Sancti Dominici de observantia jacens et consistens et quidem primum fundum seu Aream, quam ex censu Terragio occupat Famatus Casimirus

rus Wisniowski, alterum fundum Famati Martini Zmijowski, Tertium Famati Friderici Heydlow, Quartum Famati Francisci Sotowicz, Quintum Famati Happamowicz, Sextum Famati Valentini Praszny, Septimum Alexandri Gronowski, Octavum Thoma Starganowicza, Nonum Famati Joannis Jancz, Decimum Famati Thoma Obuchowicz, Undecimum Famata Radzynska Vidua itidem existentes Censu terragiali annuo possessos efficientes in latitudinem Cubitorum Ducentorum Novem Decem incipiendo a via publica ad Villam Szolec tendente, usqȝ ad plateam poprzeczna vocitatam in longitudinem vero incipiendo a platea ad Palatium quondam Zamoyscense vocitatum se protendente, et usquè ad fossam, seu viam antiquam se extendentes, tum quoqȝ distinctas tres Areas, primam Famati Teych, Alteram Konarzewski Tertiam desertam ad rippam Istula jacentes in latitudinem Cubitorum Septuaginta duorum incipiendo a Domo Famati Zmijowski ad Aream Petrykowska, In longitudinem verò incipiendo a Platea de Blanco murato in Szulec, tendente usqȝ ad rippam Vistula seve protendentes, et extendentes cum omni et integro jure suo, dominio, proprietate, propinquitate, titulȝ hæreditario, ac omnibus eorundem fundorum, seu Arearum utilitatibus, usibus, fructibus, proventibus, emolumentis, ac quibusvis obventionibus

nibus, ita late, longe, circumferentialiterq; pro-
ut ydem fundi seu Area in suis metis, et limi-
tibus extant, et extenduntur, extareq; et extendi
debent, prout eosdem supprafati Terragiales Pos-
sessores possident, nihil sibi, suisq; Successori-
bus quidquam Iuris, aut cujusvis pretensio-
nis ad praedictos fundos et Areas reservando
seu modo quovis excipiendo dat, donat, confert,
inscribit, et resignat, pura, mera, vera, et irrevo-
cabili Donatione perpetuo, et in avum. Intro-
missionemq; Ipsi in prafatos quatuor fundos
praesentibus resignatos per Ministerialem Re-
gni Generalem quemvis et Nobiles duos quos-
vis facilius pro tempore conducendos officiose
acceptandam libere dat et defacto admittit. Pa-
cem cum tuitione et sufficienti Evictione in
et super Bonis suis generaliter omnibus suis
cum Successoribus cavet, et inscribit, Idq; sub
Damnis Terrestribus simplici verbo absq; Jura-
mento Corporali a se Recognoscente submit-
tente, suisq; Successoribus in casu exorti ali-
cujus Impedimenti, et non facta tuitionis,
et evictionis irremissibiliter succumbendis,
ex Instantia ejusdem Generosi Donatary, ha-
redis et Possessoris, sive ejus Successorum co-
ram Officio Castrensi Varsaviensi, sive alio
quovis Judicio et Officio Regni remo-
tis omnibus Iuris diffugys, dilationibus, d

Fori

Fori exceptione vindicandis, Et in continenti Idem Magnificus Recognoscens sanus recedendo recognovit. Quâ Ipse Eundem Gm Carolum Szydłowski Ensiferum Zawszkrzeńg Quoj legitimos Successores de Summa in vim pretty fundorum ad presens hodierno sub Actu Eidem Gō Szydłowski resignatorum inter se Recognoscentem, et Eundem Gum Szydłowski constituta proveniente realiter et in effectu sibi Recognoscenti per Eundem Gm Szydłowski exsoluta, quietat, emittit, et liberum, absolutumq; cum Successoribus ejus facit, et pronunciat. Hac sua personali Recognitione ad premissa mediante in forma aliàs Donationis et quietationis plenissima, et de Iure perfectissima. Quam manu sua propria Idem Mcus Recognoscens subscripsit. Janusz Xiąże Sanguszko. M.P.Ust-Lew. Quam ejusmodi Donationem et Quietationem sic ut premissum factam et recognitam nos ratam, et firmam habentes, habericq; ab omnibus volentes, eam ad acta præsentia Retricis Rnu suscipi, eadem inseri, et Parti postulanti authentice extradi permisimus In quorum fidem etu. Actum ut supra. Relatio Eusdem Illrmi Supremi Rnu Cancellary.

Sub eodem Actu

Constituit Plenipotentes Mcus Supremus Rnū Cancellarius

Augustus

Augustus Tertuis etc. Significamus etc.

Quod coram Actis Metrices Rni Cancellariæ Nrã Minoris personaliter comparens Mficus Joannes Comes in Konskie et Brataczew a Malachowice Malachowski Supremus Rni Cancellarius Opocznen. et Ostrolecensis Capitaneus sanus mente et Corpore existens a Foro, Jer. ris, Districtibus, et Jurisdictione sua quavis propria et competenti recedendo, præsenti verò Nostræ Regiæ Jurisdictioni se cum Bonis suis generaliter omnibus, quo ad infrarecognoscenda attinet subjiciendo et incorporando, sponte, palam, liberè, ac per expressum recognovit, præsens recognoscit. Quia Ipse in suos veros, legitimos indubitatos, et Speciales Plenipotentes Gnos Bartholomæum Wądolkowski Notarium Terrestrem, et Castrensem Lambroviensem, Komorowski Generalem Oeconomum Capitaneatus Ostrolecensis, eligit, constituit, inscribit et ordinat, Dans et concedens Ipsis tam divisim, quam conjunctim plenariam facultatem, omnimodamq; et absolutam potestatem Transactiones quasvis cum quibusvis Personis recognoscentis ineundi, Causas Nomine sui Judiciarias cum quibusvis Personis, occasione cujusvis Negoty in omni Judicio et Officio Regni Majoris, Minorisvè Subselly cujuscunq; Palatinatus, Terræ, et Districtus

etiam

etiam Tribunalis Regni Petricovien: sive Lublinien: aut Causarum Fisci Radomien: habitas et habendas instituas et instituendas, promovendi, defendendi, Juramenta attentandi, Decreta suscipiendi, a gravaminosis appellandi, executiones urgendi, et attentandi, Relationes ad cassandam Nomine sui Recognoscentis approbandi alios Plenipotentes in locum sui substituendi Caterasq; Munia pro exigentia rerum et Negotiorum legitimos, ac speciales Plenipotentes concernentia peragendi, et exequendi. Promittens se id totum, quidquid per eosdem Qjos speciales Plenipotentes suos sive eorum substitutos actum gestum, constitutumq; fuerit pro rato et grato se ac suos Successores suscepturos. Quam quidem Plenipotentiam Idem Nfcus Recognoscens ad triennium integrum duraturam, roburq; ac valorem suum habituram vult, praesentibusq; declarat. Hac sua personali Recognitione ad praemissa mediante in forma alias Plenipotentia plenissima et de jure perfectissima. Quam manu sua propria Idem Nfcus Recognoscens subscripsit: J. Matachowski S. R. Canc: mp. Quam ejusmodi Plenipotentiam Nos ratam et firmam habentes, habereq; ab omnibus volentes, eam ad acta praesentis Metricis Rnū suscipi, ipsem inseri, et Partī postulanti in forma authentica extradi permisimus In quorum fidem etc. Actum Varsaviae ut supra. Relatio Ejusdem Illustrissimi ac Ellmi Supremi, Regni Cancellary

Sub

Sub eodem Actu.

Roborant certum Contractum Mscus Dux Sanguszko, Mareschalcus Curiæ M. D. Lit.ae et Gsus Faygiel Burgrabius Cracoviensis.

Augustus Tertius etc. Significamus etc.
Quod coram actis Metrices Rni Cancellariæ Nræ Minoris personaliter comparentes, Mscus Januszius Alexander in Biraty Kowel, Smolany, Rakow Zastaw et Ostrog Dux Lubartowicz Sanguszko in Wisnicz, Jarosław, et Jarnow Comes, Mareschalcus Curiæ M. D. Lit.ae Ordinatus Ostrogiensis, Gemenecen. Certasiensis Capitaneus ab una, atq; Gsus Joannes Faygiel Burgrabius Castri Cracoviens. Parte ab altera sani mentibus et corporibus existentes a Foro, Terris, Districtibus, et Jurisdictione sua quavis propria et competenti recedendo, præsenti verò Nrâ Regia se cum Bonis suis generaliter omnibus subjiciendo et incorporando, sponte, palam, liberè, ac per expressum recognoverunt, præsentibusq; recognoscunt. Quia Ipsi Contractum certum Arendatariarum Bonorum Medietatis Oppidi Ostrog in Palatinatu Volhyniæ consistent. hic Varsaviæ Die hodierna in Actu contenta confectum, manibus suorum Recognoscentium subscriptum, et Sigillis gentilitys in cera rubra hispanica expressis communitum, Damnis, Terrestribus firmatum in Omnibus ejusdem Contractus punctis, Clausulis, Conditionibus, nexibus foro, et ligamentis approbant, confirmant, roborant, et ratificant, Eidemq; Contractui, tam in toto, quàm in quavis Minima parte ejus vese cum Successoribus suis satisfacere submittunt, præsentibusq; declarant,

Idq;

726.

Idq; sub Damnis Terrestribus in Casu Eidem Contractui in aliquo Contraventionis, irremissibiliter succumbendis. Pro quibus quidem damnis taliter exinde succubitis citata una Pars contraveniens per aliam Partem præfatum Contractum manutenentem ad Officium sive Judicium quoduis Rni competens existens tenebitur illo coram Judicio seu Officio recessu suprascripto mediante, semper in Primo Juris, Citationisq; Termino peremptorie stare, Juri parere, comparendoq; Vadium prædictum taliter exinde succubitum solvere. quo soluto nihilominus præsenti Contractui in toto satisfacere, ac omne Judicatum de jure non excindo pati absq; omnibus dilationibus et exceptionibus pati. His suis personalibus Recognitionibus ad præmissa mediantibus in forma alias Roborationis Contractus plenissima, & de Jure perfectissima. Quam manibus suis propriis subscripserunt: Januss Xiaz Sanguszko M.N.W. Lith: Jan Faygiel BE mp. Quam ejusmodi Roboration= nem sic ut præmissum factam et recognitam nos ratam et firmam, habentes, habereq; ab omnibus volentes eam ad acta præsentia suscipi, yed iniseri, et Parti postulanti authentice extradi permisimus. In quorum fidem etc. Actum ut supra Relatio Ejusdem Illrmi Supremii Rni Cancellary.

Sub eodem Actu

Quietat Gus Consiliarius Steinhauser de Summa 2250 Aur. Hungk M. Palatinum Cracov Augustus Tertius etc. Significamus etc. Quod coram Actis Metrices Rni Cancellaria Nrae Minoris personaliter comparens Gus Joannes Benjamin

jamin Steinhauser Consiliarius, et Assessor Ca-
mera Nrã Nomine et pro Parte Thesauri Srmã
Josepha Maria Consortis Nrã Charissima uti Ple-
nipotens agens, sanus mente, et corpore existens,
a Foro, Terris, Districtibus, et Jurisdictione sua qua-
vis propria et competenti recedendo, praventi verò
Nrã Regiã se cum Bonis suis generaliter omni-
bus subjiciendo et incorporando sponte, palam, libere
ac per expressum recognovit, praventibusq; recogno-
scit. Quiã Ipse inhærendo Contractui Arendatario
Capitaneatus Grodecens hic Varsaviæ Die 23 Men-
sis Novembris aõ Dni 1748 cum Mfco Joanne
Clemente Comite de Ruszcza in Tyczyn, Tyto-
cin et Branicę Branicki Palatino Cracoviensi,
protunc Duce Campestri Exercituum Regni, Bran-
scens Bielscens, Mirosnens, Moscitcensi Capitaneo
rinto et Concluso Eundem Mfcum Palatinum Cra-
coviensem Supremum Exercituum ad præsens
Nri Ducem, Ipsiusq; Successores de Summa Du-
orum Millium Ducentorum Quinquaginta Au-
reorum Millium Ducentorum Quinquaginta Au-
reorum Hungaricalium in specie pro rata scili-
cet medy Anni incipientis a Festo Nativita-
tis Sancti Joannis Baptistæ, Anni nunc cur-
rentis, et pro Festo Circumcisionis Xti Domini
Anni Imminentis Millesimi Septingentesimi
Quinquagesimi Quarti terminandi, ex Tenuta
præfati Capitaneatus Grodecensis, Juri Refor-
matorio Srmã Conjugis Nrã subjecti, prove-
nienti realiter et effective in parata pecunia
enumerata, et exoluta quietat, et absolutum
mittit, nihil prætextus et prætensionis intuitu
præfata Summa superius expressa prædicto
Thesauro reservando, aut quoquo modo excipien-
do

do. Hac sua personali Recognitione ad premissa mediante, In forma alias Quietationis plenissima, et de Jure perfectissima, Quam manu sua propria subscripsit: Joannes Benjamin Steinhauser mppr. Quam ejusmodi Quietationem sic ut præmissum factam et recognitam, Nos ratam, firmam, ac de Jure validam habentes, haberiq; ab omnibus volentes eam ad acta præsens Metricis Rnd suscipi, eisdem inseri, et Parti postulanti authentice extradi permisimus In quorum fidem etc. Actum et Relatio ut supra.

Sub eodem Actu.

Manifestatur Generosus Gacki Capitaneus Nowogrodens de Nullitate Transactionum per Gsum Gacki Venatorem Volhyniæ factarum.

Augustus Tertius etc. Significamus etc

Quod coram actis Metricis Rnd Cancellariæ Nrã Minoris personaliter comparens Gsus Felix Gacki Capitaneus Nowogrodens olim Mfco. rum Michaelis Gacki Castellani Volhyniæ et Constantiæ Wielohurska Conjugum legitimorum procreatus Filius, Generosi verò Stephani Gacki Venatoris Volhyniæ ex Fratre Filius solenniter providendo omnimodæ Indemnitati et juris sui ac Bonorum Jure naturali in se devolutorum et devolvendorum integritati manifestatus et protestatus est in eo = Quia quam primum sibi Manifestanti de quibusdam lasuris Transactionibus, et Bonis Jure naturali se Gsũm Manifestantem concernens præjudiciosis et Contrarys per predictum Gm Stephanum Gacki Venatorem Palati-

natus

natus Volhyniæ Patruum suum varys cum-
Personis non ita pridem initis, et factis, damnumq;
ingens per hosce actus subsecutos sibi Manifestan-
ti adversantes præferentibus innotuerit, Illicò de
nullitate, et insubsistentia tam quarumvis Trans-
actionum, Inscriptionum, Donationum, quam
aliorum actuum Juribus sui Manifestantis re-
pugnantium subsecutorum et subsequendorum
solennissimè iterum, atq; iterum manifestatur
et in forma Juris plenissima, ac perfectissima
protestatur, Salva nihilominus dicta Manife-
stationis sua, addenda, augenda, meliorandæ
corrigenda, minuenda, sibi præcustodita et in to-
to reservata, Quam quidem Manifestationem Jdem
Gnus Manifestans manu sua propria subscripsit:
Felix Czacki C.N.mp. Quam ejusmodi Mani fe-
stationem sic ut præmissum factam Nos ratam
firmam, ac de jure validam habentes, habereq; ab
omnibus volentes eam ad Acta præsentia Me-
trices Rnu suscipi, ydem inseri, et Parti postulan-
ti authenticè extradi permisimus. in quorum
fidem etc Actum et Relatio ut supra.

Sub eodem Actu

Roborant Contractum certum M. Dux
Sanguszko Mareschalcus Curiæ M.D. Litt.
et M. Malachowski Supremus Rnu Cancellarius.

Augustus III etc. Significamus etc.

Quod coram actis Metrices Rnu Cancellaria Nrâ Mi-
noris personaliter comparentes Mfci Januspuis Alexan-
der in Biały Kowel, Smolany, Rakow, Zastaw, et Ostrog
Dux Lubartowicz Sanguszko in Wisnicz, Jarostaw et
Tarnow Comes Mareschalcus Curiæ M.D. Litt. Ordinatus
Ostrogien, Cremenecen Certassien Capitaneus ab U-

na

na, atq; Nſcus Joannes Comes in Konskie et Bialaczow a Matachowice Matachowski Supremus Rñi Cancellarius, Opocnens Ostrolocens Capitaneus Parte ab altera sani mentibus, et corporibus existentes a Foro Terris, Districtibus, et Jurisdictione sua quavis competenti recedendo, praventi verò Nrã, quo ad hunc actum se subjiciendo, ac incorporando, sponte, palam, publicè, ac per expressum recognoverunt, praesentibusq; recognoscunt. Quia Ipsi Contractum certum respectu Summarum in Bonis Baranow cum attinentys horeng, sub Die 24. Mensis et Anni nunc currens hic Varsaviæ conscriptum, manibusq; proprys subscriptum ac Sigillis Gentilitys comunitum, ac Damnis Terrestribus vallatum in omnibus punctis, Clausulis, nexibus, ac ligamentis roborant, ratificant, & approbant, Eidemq; stare, parere, ac in toto satisfacere. Pro quibus quidem Damnis taliter exinde succubitis citata una Pars contravenies per aliam Partem prafatum Contractum manutenentem ad Judicium Castrens Sandomirien sive ad aliud quodvis competens existens, tenebitur illo coram Judicio seu Officio semper in primo Juris, Citationisq; Termino peremptoriè stare, Juri parere, comparendoq; Vadium predictum taliter exinde succubitum solvere, quo soluto nihilominus praventi Contractui in toto satisfacere, ac omne judicatum de Jure non excundo absq; omnibus dilationibus et exceptionibus pati. His suis personalibus Recognitionibus ad premissa mediantibus in forma alias Roborationis Contractus plenissima & de Jure perfectissima Quam manibus suis proprys subscripserunt. Januſz Xiąże Sanguszko M N. WX Litt=. Joannes Matachowski S.R.Can. Quam ejusmodi Roborationem sic ut premissum „est" factam, Nos ratam firmam, ac de Jure validam habens etc. etc. extradi permisimus. In quorum fidem etc. actum et Relatio ut supra.

Actum Varsaviæ Sabbâ-
thô post Festum S. Jacobi
Apostoli, proximâ Die scili-
cet, Vigesimâ Octavâ Mensis
Julÿ, Annô Domini Millesi-
mô, Septingentesimô, Quinqua-
gesimô, Tertiô.

Oblata Contractûs anteNuptialis in-
ter NN. Schlöttery Conjuges concluſi.

Augustus III. &c. Significamus &c. Quod veniens
personaliter ad acta præsentia Metrices Cancella-
riæ Majoris Regni, Jus Carolus Schmidt, Consili-
arius Noster Intimus Belli, obtulit ad acticandum
actisque præsentibus inscribendum Contractum
anteNuptialem, inter Partes infrascriptas initum,
et manibus Earundem Partium, atq; amicorum sub-
scriptum, et Sigillîs Eorum communitum, ger=
manica Idiomate scriptum, sanum, salvum, et
illæsum, omniquè suspitionis notâ carentem,
tenoris sequentis= Im Nahmen der Hey-
ligen, und unzertrennlichen Dreyfaltigkeit.
Ist zu wissen Sey Herrn Christian Friedrich
Schlötter Sr. Königl. Majestät in Pohlen und
Churfürstl. Durchl. zu Sachsen Wohlbestallten
Cammerdiener auf einem, und Sr. Jungfr.
Maria

Maria Schmidts Tit. Herrn Peter Schmits
d= Königl Majestt in Pohlen, und Churfl
Durchl zu Sachsen abwesend Wollbestallten
Commendanten ältesten Jungfr Tochter um
wiedan Theil, mit ihrem bisherigen wollbe-
tigten treuen gutten Willen, auch Ihrer bey-
wohnenden lieben Eltern Rath unnd Christ-
beständiger Ihr Verwandung zu beyder Personen
Zeitl und ewigen Wollfahrt nachfolgender
Gestalt Verabredet, beschlossen, und eingerich-
tet worden, nehmlich, Das gedachter Herr
Christian Friedrich Schlötter die Jungfr Ma-
ria Schmits zu seinem rechten ehelichen
Weibe, und widerumb Jungfr Maria
Schmits den Herrn Christian Friederich Schlöt-
ter zu ihrem ehelichen Man haben und behal-
ten, beyde nun under Zeit ihres Lebens in
freundlicher Einigkeit beyeinander wohnen, und sich
einander nicht Verlassen, sondern ehelich lie-
ben und Treue in Liebe und Leyd bis an
ihr Ende, wie Gottsfürchtigen Christl Eheleu-
ten eigent, und gebührt, nun einander verei-
gen, und beweisen wollen, wie sie dann
solches im beyseyn Ihr Ehrn Verwandten
in Gegenwart, nun einer mit Hand und
Mund, trost, und wahrlich gelobt, und zuge-

sagt

sagt, sich auch verpflichtet haben, solch ihr
Gelöbnüß nach Christl. Ordnung auch bey vor-
kommender anhalt zu vollziehen, und ins Werk
zu richten. Ferner haben sich beyderseits Ver-
lobte auch bey Verbindlichkeit Verspro-
chen, daß der ehrnveste Christian Friederich Schlötter sei-
ne Liebste, und künftige Frau in ihrer Ca-
tholischen Religion auch keine Weise turbi-
ren, oder die in seinige unzerrissen per-
wadiren, weder auch in ihrem Gottes-Dienst
und Fest-Tägen, oder wie es sonst Nah-
men haben mag, und der Catholischen
Religion entgegen sey, sondern schuldig sey, wie
ehrlich die Jungfr. Maria Schmits ihren
Herrn Christian Friederich Schlötter als
ihren künftigen ehelichen reciprocè Ver-
sprochen und Ergegnet hatt. Weiter haben
sich beyderseits Verlobte mit Einwilligung ih-
rer beyderseitigen Eltern Ergegnet, und Ver-
sprochen, daß die durch Gottes Segen von
ihnen erzeugte Kinder durch ihnen unzer-
trennen Kniß in allen Gottes Furcht und
Frömigkeit, auch die Söhne aber Sohn zu Chri-
stenthum nach der Herr Bräutigam, und
die Töchter nach der Jungfr. Braut Reli-
gion erzogen, und informirt werden sol-

len

kan. Hierauf fatt Herr Peter Schmits
als der Jüngste Zeuge Herr Vater Zeu-
get, seiner jüngsten Tochter Maria Schmits
von seinem eigenen Vermögen Zum Ehe Gal-
le, und Heyraths Gutt Zehen tausent Tha-
ler current, und Zehen in folgenden termi-
nen mit Zugaben: als fünf hundert Thaler
gleich nach der Heyrath, fünf hundert Tha-
ler auf Ostern Anno 1725. fünf hundert
Thaler auf Michaelis 1725, und fünf-
hundert Thaler auf Neu Jahr Ao 1726 pl.
so dem Künftigen Herrn Eydam, wo
selbigen, sich jedesmahl Termin wird an-
zufangen zu lassen. Nicht weniger will Herr
Peter Schmits als Versprechender Vater, ei-
nem künftigen Herrn Eydam seiner
bis dahin an der partage der Königl. Gar-
derobbe gehabten Antheil mit allen dazu
gehörigen emolumenten abtreten, auch
seiner jüngsten Tochter und Herrn Eydam
vier hundert Thaler current zur Hei-
rath lassen, und Zehen hundert Thaler
zu einem Batta, wiglichen so wohl der
jüngste als Herren Bräutigam wie ihnen

Manch

Haus gemäßiges Hochzeit Kleid, welches
nach angehängter specification sub A No.
sammen 683, Pfg. 11. S. Kl kostet, geben-
welches alles Herr Eydam bester massen
acceptirt, und anbey versprochen sattsam-
sammtley Meis, oder unter welcherley pre-
text ab sey, seinen versprochen Eltern nie
mehrers abzufordern. Dolta bey der jüngst
Frau Eltern absterben der sämtliche seinen
Vetter Carl Schmidts als der jüngste Frau
Herr Brüder der Eltern Handlung weiter
fortsetzen wollen, soll nach gerichtigten rich-
tigen Massen Inventario, denn Vetter nie ge-
schriebter Lehen Manner Zeugnuß abstehen,
wird Herr Eydam nicht bemächtigt sey, ihr in
der Handlung zu turbiren, sondern er soll
seiner Lebsten Seiten habenden Antheil da-
ran, sie noch ihre Lebzeit, oder Erben von ihr
Verstorben sey in der Handlung lassen, und
nicht als die Interessen von ihrer quota quarta-
liter, oder wie die sich sonst verglichen, reichen,
so lange bis der Vetter im Hause ist, ohne Ab-
bruch der Handlung seiner Schulden oder-
Ihren Land- Erben als denen habenden Ver-
theil herum zu geben. Dolta sich aber ereignen,
als der Schmitsche Vetter der Handlung nicht
wohl fürstünde, oder solche auf andern Wege in

Abfall

Todfall bösen, soll Herr Eydam, Nahmens sei-
ner Liebsten, oder Kinder zu jederzeit bes-
orgen, und obsteyner Handlung zu tretten, und
seiner Liebsten oder Kinder ratam zu fordern,
und damit selbst als seinen gerichtsbestellten
Curator oder Vater gebührend. Zeugnuß thun.Da
freignen Vorkauft der Herr Christian Frie-
derich Schlötter seiner künftigen Eheliebsten
Herr Gegen-Vermächtnüß allso das seinige
so er künftig niemahl nur absterben seiner
Eltern zu hoffen habe, und ihro zu theil wer-
den möchte, ob möchte auch so viel sein, als ob
immer wolle, damit auch künftig allerley Irr-
ung und Zwitracht dieser Todt-Fälle fal-
len Vermeiden bleibe, so ist von beyder Thei-
len wohlbedächtig Verabredet, beliebet und
Verglichen worden, daß ob damit nachfolgen-
der Gestalt, sollen gehalten werden, nehmlich
da nach Gottes Willen ob sich begeben, das Herr
Christian Friederich Schlötter vor seiner künf-
tigen Eheliebsten stürbe, und keine ehelich
Kinder hinter sich verließe, soll sein gantzes
Vermögen, welches er zu solcher Zeit verlassen
wird der künftigen Eheliebsten verbleiben.
Würde aber seine künftige Eheliebste nach
göttlicher Verfügung vorgedachtem ihrem künf-
tigen Herrn, und Zwar binnen einem
Jahr ohne Kinder abgehen soll, die Vorher be-
nante Mitgabe der Zehnhundert Thaler

wieder

ringlichen ablab, dab derselben Vor sei an-
nectirte, und angenommene Ihren rigueurs-
lich, sogar und bleiben, wie dan er auch sonst
ohne dessen künftige Erlaubs nach seinem
Jahrab dist jedoch ohne Erben abginge, Von
seinen Verlingen Eltern nicht weiter pra-
tendiren, sondern sich lediglich mit obiger be-
nannter Abstattung begnügen will, dasse
aber mit einander Kinder zeugen, und
diese haben, dass Christian Friederich Schlöt-
ter aber für seiner Erlaubsten mit Todt
abgehe, und sie Zeit andere Ehe schritte, dass
sie, soll sie mit ihren Von Ihm seiterlas-
senen Kindern nach Ehe- Taxis Ansetzen
dab Verstorbene Vermögen theilen, sie soll
sie aber nicht Zeit andere Ehe schritte, Ver-
bleibt dab Vermögen bis zu der Kinder
Abstattung Zu Ihrer Disposition. Dolte sie
Irrigfalls Verlobte aber für ihren kinf-
tigen Erlabsten Verstorben, und es sich ver-
hielt wieder Vermögens, so soll er aber-
halb gehalten sein nach Ehe- Taxis Ansetz
zen mit denen Kindern zu theilen, schritte er
aber nicht Zeit andere Ehe, behält er aber-
halb bis Zu der Kinder Abstattung ihren U-
sum fructum Von der Kinder Mütterlichen
Verlassenschaft. Schlüßlich hatt Herr Christian
Friederich Schlötter uns angelobt dab er
obgemeldes Ihr Verlobten Eltern Lebens Zei-
ten nicht dab mindeste Von Ihnen, weder
Ihren

dann, wlab er mit beborrnen, begehren, sondern muß bey der pflichtigen Abstattung allerhand sich gefallen lassen wollen, wlab Vermögen der Rechte seiner Lehnsherrn oder Freunden zu kommen wird. Allab trauß, sonder arga list, und geschwinde Ufstünd lassen sind von diesen Ehe-Pactenzeichnus gleichlautende Exemplaria gestrigen vorbey der pflichtigen Abstattung und Eydsleistung, nebst denen dazu erbetenen und Herren Zeügen eigenhändig unterschrieben und besiegelt worden. So geschehen Warschau den 23 Decembr. 1724 Ao. Peter Schmidts (: Locus Sigilli in cera rubra hispanica expressi:) Christian Friedrich Schlötter (: Locus Sigilli in cera rubra hispanica expressi:) Maria Schmidt (: Locus sigilli similiter in cera hispanica rubra expressi:) Joseph Benois Loupia Pr. de Varsavie als Zeügen erbethener Zeüge mp. (: Locus Sigilli pariter in cera rubra Hispanica expressi:) Thioly Comme Temoin (: Locus Sigilli similiter in cera rubra Hispanica expressi:) Pierre Riaucour comme Temoin (: Locus Sigilli in cera rubra hispanica expressi:) Matthias Mann als fernern erbethener Zeüge. Locus Sigilli in cera rubra hispanica expressi:) Quem ejusmodi Contractum antenuptialem, sic ut præmissum oblatum nos ad acta præsentis suscipi, inscribi, et ex ipsis fideliter descriptum Parti postulanti in forma probanti, et authentica extradi, originale vero nostris præsto Offerenti restitui permisimus, de quo recepto Cancellaria quietavit, quietatq; præsentes, et pro majori fide manu propria se se subscripsit. Carolus Schmidts mp. In quorum fidem Sigillum Regni est appressum. Actum ut supra. Relatio Illrmi et Excellmi Dni Dni Joannis Comitis in Koniskie, et Bialaezow a Malachowice Malachowski Supremi Dni Cancellarij, Opocznen,

Ostrolęcen

Sub eodem actu.

Depositio Testium super realitate Contractûs antenuptialis inter Nn. Schlöttery conclusi.

Augustus III. &c. Significamus &c. Quòd ad acta præsentia Metrices Regni Cancellaria Majoris ex avisatione, et obdestinatione Nblis Christophori Pietrzykowski Ministerialis Terrarum Regni Jeneralis venientes personaliter Jus Petrus Baro de Riaucour Consiliarius Noster, tùm Nblis, ac Spblis Josephus Benedictus Loupia Senior Consul, et Advocatus Civitatis Nostræ Antiquæ Varsaviæ, inhærendo Rescripto Nostro sub Die XXIV. Mensis, et Anni nunc currentium emanato, pro deponendis Testimonijs super realitate Contractûs antenuptialis inter Nbles Christianum Friderum Schlöttter Custodem Thesauri nostri ab una, atq; Mariam de Schmidt Parte ab altera conclusi juxta interrogatoria tenoris sequentis=. Interrogatoria pro expediendis Testimonijs super realitate Contractûs antenuptialis inter Nbles Mariam de Schmidt ab una, atq; Christianum Fridericum Schlöttter Parte ex altera Die 23. Decembris in Anno 1724. in præsentia Testium in eo subscriptorum formati, et conclusi. 1.) An Testis adfuit personaliter circa conscriptionem omnium punctorum hujusce Contractûs? 2.) Num Testis audivit, quando cuncta Promissiones, et Repromissiones in eodem Contractu, atq; Ligamenta expressa, et conscripta

sa, et conscripta per Partes utrasquè fuerant liberè acceptata, et mutuò, ac inviolabiliter servari sibi promissa? 3.) Viditnè Testis præsens protunc dictas Partes contrahentes manibus propriÿs subscribere hunccè Contractum Antenuptialem, tum Parentes Sponsa, atquè Testes ad id expressè rogatos? 4.) Utrum recognoscit benè Testis esse verè, et realiter hoc idem Originale hujuscè Contractûs quòd sibi nunc circa acta præsentia, et Depositionem modernam per Partem Inducentem monstratur, tùm subscriptiones cum Sigillis Partiù, ac Testium, etiam demortuorum esse easdem non alteratas, nec vitiatas, sed per omnia veras? Qui quidem supra specificati Comparentes sani mentibus, et corporibus existentes præviô corporali juramentô ad Imaginem Crucifixi Christi Domini Rotisante suprascripto nbli Pietrzykowski Ministeriali Terrarum Regni Generali super dicenda veritate prastito deposuerunt, et quidem supradictus Jsús Baro de Riaucour ad Interrogatorium primum dixit; adsui personaliter circa conscriptionem omnium punctorum Contractûs ad præsens mihi in suo originali exhibiti, et immediatè actis Metrices Regni ingrossati, causam scientiæ dedit, quia præsens fui, Contractum vidi, et legi. Ad Secundum respondit; Audivi protunc præsens existendo, quando cunctæ Promissiones, et Re:

promissiones

tè palam, liberè ac per expressum recognoverunt, præsentibusquè recognoscunt. Quia Ipsi sibì mutuò et abinvicem mutuam advitalitatem, reciprocumq́ usum, et fructum omnium, ac singulorum Bonorum suorum hæreditariorum, et obligatoriorum, mobilium, et immobilium summarumq́ quarumvis pecuniarum habitarum, et habendarum, tùm auri, argenti, Clenodiorum, Cupri, æris, orischalci, vestium, vestimentorum, Equorum, Equireæ, boum, pecorum, pecudum, aliarumq́ quarumvis rerum mobilium ad extrema vitæ duntaxat tempora inscribunt, et assecurant tali videlicet modo: Quòd si, et inquantum priùs suprascriptum Jnósum Maritum quam Ejus Consortem dehac luce decedere contigerit, extunc eadem Consors in vivis extans omnia, et singula Bona hæreditaria, et obligatoria, mobilia, et immobilia, Summasq́ pecuniarias, tùm aurum, argentum, clenodia, cuprum, æs, Orischalcum, vestes, vestimenta, Equos, Equireas, boves, pecudes, pecora, omnesq́ res mobiles, quovis modo, et titulo vocitatas morte ejusdem Jnósi Mariti derelicta, et Ipsum concernentia cum omni, et integro Jure, dominio, proprietate, propinquitate, ac omnibus eorundem Bonorum utilitatibus, usibus, fructibus, proventibus, commodis, et obventionibus tenebit, habebit, et possidebit, illisq́ ad ultimum vitæ suæ punctum utifruetur. Post fata autem prædicta Consortis hæcce omnia, et singula bona, Summaq́ pecuni

mag pecuniaria ad Successores prænominati Ipsi Mariti devolventur, et devolvi debebunt absque ulla Successorum Ejusdem Consortis vita funita contradictione, et impedimento. Pars quoque ratione; Quodsi priùs suprascriptam Ipsam Consortem, quam ejus Maritum vitâ fungi contigerit, extunc prædictus Maritus in vita superexistens omnia, et singula Bona hæreditaria, et obligatoria mobilia, et immobilia, summasq pecuniarias, atque aurum, argentum, clenodia, cuprum, æs, orischalcum, vestes, vestimenta, equos, equireas, boves pecora, pecudes, omnesque res mobiles morte prænominata Consortis derelicta, et Ipsam concernens cum omni, et integro Jure suo proprietate, propinquitate, ac omnibus eorundem Bonorum utilitatibus, usibus, fructibq proventibus commodis, et obventionibus, tenebit, habebit, et possidebit, illisque ad ultimum vitæ suæ punctum uti fruetur. Post fata verò sæpedicti Ipsi Mariti hæcce omnia, et singula bona, Summaq pecuniaria ad Successores prædicta Consortis devolventur, devolviquè debebunt, absq ullo Successorum prænominati Ipsi Mariti vita functi impedimento, et contradictione. In forma aliàs advitalitatis mutuæ plenissima, et de Jure perfectissima; Quam manibus propriis subscripserunt. S. B. Pozdrzki K. W. K. B. = Pozdrzka K. W. K. Quam ejusmodi mutuam advitalitatem nos ratam, et firmam, et firmam habentes, habereque ab omnibus volentes eam ad acta præsentia Metrices Rni suscipi, ijsdem inseri, et

Parti

820.

Parti postulanti authenticè extradi permisimus. In quorum fidem etc. Actum, et Relatio ut supra.

Sub eodem Actu.

Roborat P. Doliwa Pozdzki Præfectus Culina Rñi Scriptum certum in rem Consortis Suæ.

Augustus III. etc. Significamus etc. Quòd coram Nobis actisq; præsentibus Metrices Rñi Cancellaria Nostræ Majoris personaliter comparens Prosus Stanislaus Bernardus Doliwa Pozdzki Præfectus Culina Regni sanus mente, et corpore existens á Foro, Terris, Districtibus, et Jurisdictione sua propria, et competenti recedendo præsenti verò Nostræ Regiæ se cum Bonis suis generaliter omnibus subjiciendo, et incorporando sponte, palam, libere, ac per expressum recognovit, præsentibusque recognoscit. Quia Ipse scriptum certum de data in Nestorowce Die 26. Mensis Novembris 1752. Annô in rem, et Personam Prosæ Barbaræ de Malachowskie Consortis suæ conscriptum manuq; suâ propriâ subscriptum, et Sigillô Gentilitio communitum in omnibus punctis, clausulis, nexibus, et Ligamentis approbat, ratificat, ac roborat, eidemque Scripto tam in toto, quàm in quavis minima ejus parte stare, parere, ac satisfacere se cum suis Successoribus submittit. Hâc suâ personali Recognitione ad præmissa mediante, in forma aliàs Robrationis plenissima, et de Jure perfectissima. Quam manu suâ propriâ subscripsit. S.B. Pozdzki K. W. K. Quam ejusmodi Roborationem Nos ratam, et firmam habentes, haberiquè

ab omnibus

ab omnibus volentes eam ad acta præsentia Me=
trices Regni suscipi, ijsdem inseri, et Parti postu=
lanti authentice extradi permisimus. In quorum fi=
dem etc. actum, et Relatio ut supra.

Actum Varsavia Fe=
riâ Sextâ ante Domini=
cam Cantate, proximâ
Die scilicet Decimâ Men=
sis Maij. Annô Domini
Millesimô, Septingentesi=
mô, Quinquagesimô, Quartô.

Oblata Libertationis Domûs Lapidea
Famatorum Macinskich propria ab
ex Officio.

Augustus III &c. Significamus &c. Oblatas esse ad=
acta præsentia Metrices Regni Cancellaria nostræ Majo=
ris Literas Papyreas continentes in se Libertationem
Lapideæ in Platea Piwna sita Famatorum Macinskich
propria ab ex Officio manu nostrâ subscriptas, Sigillo=
que minoris Cancellaria Regni communitas de Teno=
re tali. Augustus Tertius Dei Gratia Rex Poloniæ
Magnus Dux Lithuaniæ, Russiæ, Prussiæ, Masoviæ, Sa=
mogitiæ, Kijoviæ, Volhyniæ, Podoliæ, Podlachiæ, Livo=
niæ, Smolenscia, Severiæ, Czerniechoviæq, nec non Hæ=
reditarius Dux Saxoniæ, et Princeps Elector. Signifi=

camus

camus praesentibus Literis nostris Quorum interest Uni-
versis, et singulis. Quia Nos ad intercessionem certorum
Consiliariorum Nostrorum pro Famatis Antonio Ma:
ciński Viginti viro Civitatis Nostrae Antiquae Varsaviae
et Catharina Conjugibus factam, faciendum esse du:
ximus, ut Domum lapideam Eorum non ita pridem
noviter notabili sumptu ad ornamentum Civitatis ejg.
dem erectam hic Varsaviae in Platea Piwna inter
alias Domos lapideas vicinales Successorum Piwkie-
wiczowskich ab una, atq; Famatorum Tuszowieckich
Sutorum Partibus ex altera in fundo hereditario si-
tam, et jacentem ab onere excipiendorum hospitum
quorumcunq; tam extraneorum, quam Regni Nostri
Incolarum Dignitariorum Officialium servitorum,
et aulicorum Nostrorum, cujuscunq; Statûs, Conditio-
nis, Sexûs, et praeeminentiae fuerint, tam sub tempo
Comitiorum quandocunque celebrandorum, quàm alio
quôvis tempore eximeremus, uti quidem eximimus li-
beramus, et immunem ad extrema vitae Ipsorum tem-
pora faimus, et declaramus. Quod ad notitiam omnium
quorum interest, praesertim verò Magnificorum Mare-
schalorum Regni, et Magni Ducatûs Lithuaniae, atq;
Capitanei nostri nunc, et pro tempore existen, Ejusq;
Vicesgerens, et Hospitia distribuen, nec non Magi-
stratûs Civilis antiquae Varsaviae decurrentes, man-
damus ut memoratam Domum lapideam circa Liber-
tatem praesentem à Nobis gratiosè concessam con:
servent, et manuteneant, conservariq; et manute:
neri curent. Pro Gratia Nostra. In cujus rei fidem
praesentes

præsentes manu Nostra subscriptas sigillôq; Regni communiri jussimus Datum Varsaviæ Die IV. Mensis Decembris Annô Domini MDCCLII. Regni verò Nostri XX. Annô. Libertatis Lapideæ in Platea Piwna sita Famatorum Mazinskich ab ex Officio. Augustg Rex. Locus Sigilli Minoris Cancellariæ Regni. Joannes Kłossowski Canonicus Cathlis Præmislien Scæ Rcæ Mtis Sigilli Regni Secretarius. mp. A tergo earundem Literarum verba sunt hæc: Pro Cancellariatu Illrmi Excellmi, et Rmi Dni Michaëlis Comitis de Granow Wodzicki Decani Cathlis Cracoviensis, abbatis Commendatarij Cervenen et Claræ Tumbæ Pro Cancellarij Regni Sigillatum. Quas ejusmodi Literas Libertationis sic, ut præmissum oblatas. Nos ad acta præsentia Metrices Regni suscipi, inscribi, et ex ÿjsdem fideliter descriptô Parti postulanti authenticè extradi, Originale verò rursùs Offerenti restitui: de quo recepto Cancellaria Nostra præsentibus quietatur:/ permisimus. In quorum fidem etc. Actum ut supra. Relatio Illrmi, et Excellmi Dni Joannis Comitis in Konÿskie, et Białaczew á Małachowice Małachowski, Supremi Regni Cancellarij Opocznen, et ostrolęcen Capitanei.

Sub eodem Actu.

Oblata Manifestationis ex parte Josi Kaletyński Vexilliferi Bracławien.

Augustus Tertius etc. Significamus etc. Quòd

veniens

veniens personaliter ad acta præsentia Metrices Regni Cancellaria Nostræ Majoris Ńblis Franciscus Brezański Nomine, et ex commisso Jnósi Michäelis Joannis Kaletyński Vexilliferi Braslavien obtulit ad Acticandum, actisq́ præsentibus inscribendum Manifestationem certam polonico Idiomate scriptam, tenoris sequentis: Wypis z Xiąg Grodzkich Winnickich Woiewodztwa Bracławskiego. Roku Tysiąc Siedmset Pięćdziesiąt Trzeciego. Miesiąca Decembris Dwudziestego dziewiątego dnia. Przed Urzędem, y Aktami niżey pisanemi Grodzkiemi, Winnę, y przedemną Antonim Szadurskim Namiestnikiem protunc Burgr. Grodz: Winnickiego Comparens prsnltr Wielmę Jmć Pan Michał Jan Kaletyński Chorąży Bracławski postrzegaiąc wszelkiey całości Honoru swego iak tylko de inscriptis rescire mogł, tak zaraz quàm solennissimè na przeciwko W Jmć Panu Bogdanowi Ostrowskiemu Cześnikowi Żuinogrodzkiemu skarży, manifestuie się, y protestuie w takowy sposob, y oto: Iż Wielm. Jmć Pan Kaletyński Chorąży Bracławski benedicente sibi Calo tyle lat nietylko w Przeswiętnym Woiewodztwie Bracławskim na ustudze przepędziwszy Woiewodztwa, ale in servitute Bellica ażarduiąc życie, nieżałuiąc fortuny, bo prawie, á teneris annis suis natych nieprzestaiąc, y trwaiąc ustugach ad servilem do starożytnego przyszłego wieku, to dla siebie justè, et condigne promeruit, aby tegoż Woiewodztwa w zaszczycie dla siebie Chorąstwa Bracławskiego mogł gaudere titulo. Że zaś W. Jm Pan Inculpatus idąc subplantativè, kiedy bez żadnego nato

zezwolenia

zezwolenia, bo insciô mgco Comparente niewiedzieć ia-
kowymi sposobem, y domysłem wyprokurowawszy in Per-
sonam sui ~~sui~~ Przywiley na Chorąstwo Bractawskie, Ten-
że Przywiley w Grodzie Winnickim zaoblatowat, in Per-
sonam zaś Mci Protestantis na Podkomorstwo Inflant-
skie także Przywiley wyrobić ważył się. Czego iako Wiell
Comparens niepragnął, y niepragnie alienos quærere
Deos, tak gdzie originem lat swoich zaczął, w tymże
Prześwietnym Wwdztwie Bractaw na usługach exer-
cerowat się, y same konkludowai życie zamyślił, więc
de nullitate, ac invaliditate przez Wiell Jmć Obwinio-
nego na Chorąstwo Bractawskie otrzymanego Przywi-
leiu, ieszcze vivente Mgco Comparente, a iuż ci wy-
prokurowanego iterata manifestuiąc się vice hanc
Copiam Actis Connotari prosił, co y otrzymał. Michał
Jan Kaletyński Chorąży Bractawski manu propriâ.
Z Ktorych Xięg, y ten wypis, pod pieczęcią Grodzka
Winnicka iest wydany, pisany w Winnicy. Locus
Sigilli Castrenę Vinnicenę. Correxi Korzeniewski.
Legi cum copia Kulesza mp. Quam ejusmodi manife-
stationem siu, ut præmissum oblatam Nos ad acta præ-
sentia suscipi, inscribi, et ex ijsdem fideliter descri-
ptam Parti postulanti authenticè extradi: origina-
le verò rursus Nbli offerenti restitui permisimus:
de quo recepto Cancellariam prajenę quietavit, qui-
etatę, et pro majori fide manu propriâ se se sub-
scripsit. Franciszek Brzezański. In quorum fidem
Actum ut supra. Relatio Illrmi, et Excellmi Dni

Joannis

826.

Joannis Comitis in Koñskie, et Białaczew â Małachowice Małachowski Supremi Regni Cancellarij Opocnenę et Ostrolęcenę Capitanei.

Actum Varsavia Feriâ Secundâ intra Octavas Sacratissimi Corporis Christi Domini, Die scili: cet Decimâ Septimâ Mensis Junÿ Annô Domini Millesimô, Septingentesimô, Quinquagesimô, Quartô.

Oblata Donationis Reciproca per Jnôsos Farcher sibi recognita.

Augustus III etc. Significamus etc. oblatam esse ad acta præsentia Metrices Regni Cancellaria Nostro Majoris Donationem Reciprocam coram actis Magnæ Procurationis arcis Cracovienę per Jnôsos Farcheny Conjuges sibi abinvicem recognitam, ex ÿjsdemq actis per Extractum depromptam tenoris sequentis. Actum in Officio Magnæ Procurationis arcis Cracoviensis Feria Quinta post Festum S. Mathæi Aplî proximâ Die vigesimâ Sextâ Septembris Annô Domini Millesimô, Septingentesimô, Quadragesimô, Octavô. Coram Officio, et actis præsentibus Magnæ Procurationis arcis Cracoviensis personaliter comparentes Jnôsi Robertus de Tyligarmont Farcher Capitaneus Regiminis Equestris Dragonorum Illris et Mgci Hieronymi Comitis in Żywiec, et Piaskowa

Skata

Skala Wielopolski Zarnoviensis Pramocoviensis etc.
Capitanei, Generalis S.R.M.tis, et Reiplicæ, atq;
Anna Barbara bini nominis Jenikin de Jemsen-
dorff olim Generosorum Vilhelmi Jenik de Jemsendorff
et Anna Susanna bini nominis Jestrzybska de
Riesenburg Conjugum Filia Legitima Conjuges Ma:
ritus quidem per se Consors verò in assistentia Nblis
Joannis Zielinski Tutoris adhunc Actum assumpti,
et officiosè approbati agens, sani mentibus, et corpo-
ribus existentes facta fori præsentis, quòd hunc actũ
attinet approbatione spontè, palam, liberè, ac per expres-
sum recognoverunt, præsentibusquè recognoscunt. Quia Ipsi
remunerando amorem Conjugalem sibi adinvicem exhi-
bitum Bona mobilia, et immobilia, Summas pecunia-
rias, ac alio quocunquè titulo nominata generaliter
omnia mutuò, et adinvicem sibi uni ex superviventi-
bus Recognoscentibus reciprocè dant, donant, ac
pleno jure superviventi Recognoscenti, et Ejus Succes-
soribus inscribunt ita, quodsi priùs Recognoscentem
Maritum mori contigerit, tunc omnia Ejus Bona
mobilia, in quacunquè forma existentia, et immo-
bilia sub quacunquè Jurisdictione situata pleno Ju:
re ad Consortem Prosi Recognoscentis, et Ejus Successo-
res devenire, ac eandem, et Ejus Successores concerne:
re debebunt sine ulla prætensione, ac obligatione col:
ligatæ proximioris Familiæ, si verò priùs Consortem
Recognoscentium, quàm Maritum Ejus mori contige:
rit extunc omnia bona mobilia in quacunquè For-
ma existentia Summæ pecuniariæ, et alia quo-
cunq; nomine vocitata, et immobilia sub quacunquè

Jurisdictione

928. Jurisdictione existentia eidem superviventi Marito,
et Ejus Successoribus omni jure cedunt, et cedere ex pre-
senti Reciproca Donatione debebunt, Forum respectu
præmissorum Bonorum mobilium in auro, argento, de-
nodijs, Summis pecuniarijs, vestibus, et vestimentis
totaq̃ supellectili in quacunque forma extantium
et materia existentium, tum immobilium sub qua-
cunque Jurisdictione Terrestri, sive Civili existenti-
um ex præsenti Inscriptione, et conventione suo et
Successorum suorum facta competens in Officio
præsenti, sive in Judicijs Assessorialibus S.R. mttis
sine ulla exceptione, et declinatione Fori assignant,
constituunt, et determinant, renuntiando insimul
omnibus beneficijs Juris exceptionibus, dilationibq,
Appellationibus, earum prosecutionibus, ac alijs
quibusvis Juris, et facti Remedijs ad labefactan-
dam præsentem Recognitionem humanâ industriâ
excogitatis, vel excogitandis non aliter ausi suprascri-
pti Recognoscentes Decreto S.R. mttis, aut alicujus
ultimæ Instantiæ Judicijs abjudicati unà cum suis
Successoribus forent, præsenti Recognitione Bonorũ
omnium reciproce Donataria ad præmissa mediante.
Quam Recognoscentes manibus propriis subscripse-
runt. Robertus de Tylligarmont Farcher Capitane-
us S.R. mttis, et Reiplcæ. Anna Barbara z Jenikow
Farcherowa Kapitanowa. Joannes Zieliński Vicead-
vocatus Cracoviensis uti Assistens mp. Christopho-
rus Rudnicki Sub D. C. Vice-Procurator, et Judex Ma-
gnæ Procurationis Arcis Cracoviensis Privilegiatus
mp. Locus Sigilli. Ex Prothocollo Actorum Officij
Magnæ

Magna Procurationis Arcis Cracoviensis extraditu.
Quem ejusmodi extractum Donationis Reciproca sic
ut præmissum oblatum nos ad acta præsentia suscipi,
ijsdem inseri, et ex ijsdem fideliter descripto Par-
ti postulanti authenticè extradi, originale verò
rursùs offerenti restitui /: de quo recepto Cancel:
laria quietatur :/ permisimus. In quorum fidem &
Actum ut supra. Relatio Supremi Regni Cancel:
larij.

Sub eodem actu.

Oblata scripti certi Inosis Piaseckim Conjugibus Pocillatoribus Smolensciæ servientis.

Augustus III. etc. Significamus etc. Oblatum esse
scriptum certum anterioris scripti per Mgcam Ducis-
sam de Morsztyny Czartoryska olim Mgci Casimiri
Ducis in Klewan, et Żukow Czartoryski Castellani
Vilnensis Consortem vicluam in rem Inosoru Fran-
cisci Piaseski Pocillatoris Smolensciæ, et Alexandræ
de Poptawskie Conjugum dati, et servientis, actisq
præsentibus Metrices Regni Cancellariæ Majoris
sub actu Varsaviæ Feriâ Sextâ pridie Festi S. Micha-
elis Archangeli Die scilicet vigesimâ Octavâ Men-
sis Septembris Annô proximè præteritô 1753. per
suprascriptam Magnificam Castellanam Vilnen-
sem roborati, et sub eodemmet actu per oblatam
porrecti, ac prædictis actis ingrossati approbato-
rium, et ratificatorium manibusq ratificantiu
videlicet Magnificorum Michaelis Supremi M.
D. Litt.ae Cancellarij Augusti Alexandri Pala-

tini

tini, et Generalis Terrarum Russiæ, et Podoliæ, Theodori Episcopi Posnanien: Czartoryskich subscri: ptum, et Sigillis Gentilitijs in cera rubra Hispanica expressis communitum, sanum, salvum, et illæsum tenoris sequentis. My Michał Kanclerz Wielki W:X: Litt:, August Alexander Woiewoda, y Jenerał Ziem Ruskich, y Podolskich, y Theodor Biskup Poznanski na Klewaniu, y Żukowie Czartoryscy, niegdy J.O. Kiæcia Imci Kazmierza natymże Klewaniu, y Żukowie Czartoryskiego Kasztelana Wileńskiego z J.O. Izabellą Morsztynową żyiącą Nayukochańszą Matką naszą spłodzeni Synowie niżey podpisani, nietylko przez powinne woli Macierzyńskiey uszanowanie, ale oraz przez sprawiedliwą wiadomych Nam tak długich Ich: Mżw P.P. Piaseckich Podczaszych Smoleńskich Ro: dzicom Naszym usług, skryptowi wyżey wyrażone: mu we wszystkim dosyć czynić przyrzekamy, y obowią- zuiemy się, y na to się podpisuiemy Datt Ena: Obris 1753. w Warszawie August Xiąże Czartoryski W.P. Z.R. Locus Sigilli in cera rubra Hispanica expressi. Michał Xiąże Czartoryski K.W.W.X.Litt. Locus Si. gilli in cera rubra Hispanica expressi. Theodor Xią- że Czartoryski B.P. Locus Sigilli in cera rubra hi- spanica expressi. Quod ejusmodi scriptum sic, ut præmissum oblatum Nos ad acta præsentia suscipi, ijsdem inseri, et ex ijsdem fideliter descripto Parti postulanti authen- tice extradi, originale verò rursùs Offerenti restitui /: de quo recepto Cancellaria quietatur :/ permisi: mus. In quorum fidem etc. actum, et Relatio ut supra.

Sub eodem actu.

Sub eodem Actu.

Manifestatur Jnōsus Rylski nomine Jnō: si Capitanei Lipnicensis contra Oppidanos, et Villanos Lipnicenses.

Augustus III. etc. Significamus etc. Quomodo coram Nobis, Actisq̃ præsentibus Metrices Regni Cancellaria Nostra Majoris personaliter comparens Jnōsus Franciscus Rylski nomine, et ex commisso Jnōsi Sigismundi Linowski Succamerarij Nostri, et Capitanei Lipnicensis Idemq̃ coram Actis præsentibus solennem in omni Juris forma fecit, et intulit manifestationem, ac solenniter protestatus, manifestatusq̃ est, in et contra Oppidanos Biatenses, tum Communitates Villarum Lipnik Międzybrodzie, et Straconka Capitaneatūs Lipnicensis de, et super eo: Quia ijdem Oppidani, et Villani odio contra suprascriptum Generosum Capitaneū ducti, factâ inter se conspiratione tumultuatim curiam Capitanealem profundâ nocte invadendo, ex eadem Administratorem dicti Capitaneatūs, ac alios homines in eadem Curia præsentes compedibus ligarunt, ex dicta Curia eduxerunt, et incarcerârunt, in mansionibus Capitanealibus, et residentijs sibi apertis, et reseratis cistas, et arculas asservatas perlustrarunt, aliosq̃ illicitos actus patrârunt; Hôc peractô Spectabilem Magistratum Bialensem, et Oppidanos adsimiles exorbitantias conitando eosdem infestârunt Privilegia, et Jura Oppido servientia sibi produci mandârunt, Proconsulem ad præstandum Juramentum

favore

favore sui, nesitur ad quem effectum obstrinxerunt et compulerunt. Tandem his peractis, Administratoreq Capitaneatûs, ac alijs hominibus Curialibq compedibus ligatis secum acceptis turmatim incedendo tormenta bellica, bombardasq varia speciei de Curia Capitaneali in Campos cum pulvere nitrato abstulerunt, et transportârunt, ex ijsdemq tormentis, et bombardis in signum Victoriæ jaculari fecerunt, in montibusque, et campis permodum Castrorum se se collocando, ibidem hucusque permanent, nullasq dationes, et labores Curiæ Capitaneali præstare, œconomiamq suam familiarem curare renuunt; Persuasiones, et remonstrationes ex Parte, et nomine Jnosi Capitanei factas, et expositas contemnunt, imò easdem vilipendendo plures temeritates minari audent; Dationes, et labores Curiæ Capitaneali debitas præstare recusant, per ejusmodiq tumultus, et seditiones damna non modica Jnbio Capitaneo inferunt, plurimasq violentias, et exorbitantias suo tempore Jnquisitione probandas patrârunt, et hucusq patrant, ratione quorum omnium Idem Jnosus Franciscus Rylski nomine Generosi Capitanei Lipnicensis manifestatur, eandemq manifestationem manu sûâ propriâ subscripsit. Franciscus Scibor Rylski. Quam ejusmodi manifestationem sic ut præmissum factam Nos ad acta præsentia suscipi, ijsdem inseri, et Parti postulanti in forma authentica extradi permisimus. In quo-

rum

rum fidem etc. Actum et Relatio ut supra.

Sub eodem Actu.

Manifestatur P. Flosierowicz Nomine Urbis Cracoviensis contra I. Zuchalski.

Augustus III. etc. Significamus etc. Quòd coram actis præsentibus metrices Regni Cancellaria nostra Majoris personaliter comparens Prosus Josephus Flosierowicz nomine, et in rem Nbliùm, Spectabilium, ac Honoratorum Proconsulis, Consulum, Advocati Scabinorũ, totiusq; Ctãtæ Communitatis urbis metropolitanæ Cracovien, nec non Nbliùm, ac Spblis Josephi Consulis et Hiacynthi Bartschow Fratrum inter se germanorum Mercatorum Cracovien, atq; Nblis, et Spectabilis Balthazari Hintz Consulis Cracoviensis agens, inhærendo speciali Plenipotentiæ coram actis officij Consularis Cracoviensis sub actu in Prætorio Cracoviensi Feriâ Sextâ post Dominicam exaudi proximâ Die 31. Mensis Maij Annô currenti per Nblẽs Spectabilem, et Honoratos Petrum Szaster Consulem, Stanislaum Laśkiewicz Scabinum, Joannem Henkowski Mercatorem, et Lucam Rozwerski Bibliopolam Civem, Cracovienses, uti ã Nbli, et Spbli Magistratu, et Honorata Communitate prædictæ urbis Cracoviensis Deputatos in Personam sui ad præsentem actum recognitæ, providendoquè integritati, ac indemnitati Jurium, Privilegiorum Constitutionum Regni, ac Decretorum Nostrorum gratiosè præfatæ urbi metropolitanæ Cracoviensi, Civibus, et Mercatoribus

834. et Mercatoribus ejus collatâ, tum insistendo Decreto
Nro Judicij Assessorialis inter eandem Urbem Cracovi-
ensem ab una, atq; Jnōsos Franciscum Dembiński
Vexilliferum Ducatuū Zatorien, et Oświecimen,
Vice-Palatinum Cracovien, Romanum Sierakowski
Vexilliferum Palatinatûs, et Judicem Castren, Cra-
covien, nec non Jnōsum Josephum Żuchalski Su-
collectorem Cracoviensem Parte ab altera, sub actu
Varsaviæ Feriâ Sextâ ante Dominicam Judica
Passionis proximâ Die Decimâ Tertiâ Mensis Mar-
tij Annô Dñi 1750. ex controversijs prolato, ad
actaquè Officij Castren, Capitanealis Cracovien
Feriâ Secundâ post Dominicam Reminiscere
proximâ Annô currenti per oblatam porrecto
cernens esse læsam integritatem prætactorum Ju-
rium Decretorum, ac Privilegiorum memoratæ Ur-
bis per prætensi Thelonei Capitanealis in convulsi-
onem Decreti nostri exactionem in et contra Jnō-
sum Josephum Żuchalski Officij Castrensis Capita-
nealis Cracovien, Instigatorem, ejusdemquè Thelonei
Capitanealis Cracovien, Exactorem &c. praviâ manife-
statione contra Officium Castren Capitaneale Cracovi-
ense de denegata præsentis Protestationis susceptione
nomine quo supra coram actis præsentibus facit, infert-
què solennem in omni Juris forma manifestationē,
et Protestationem, solenniterq; manifestatur, ac pro-
testatur de et super ev. Quòd Idem Jnōsus Żuchalski
contra Jura, Privilegia, Constitutiones Regni, et Decre-
ta Nostra procedendo, et sciens optimè exactionem
Thelonei

Thelonei Capitanealis ab inductis in Urbem Cracovien
et circumferentias Ejus mercibus, et Liquoribus à Civibus,
et Incolis tùm Extraneis Decreto Judiciorum Nostrorum
Assessorialium superiùs de actu specificato prohibitas
esse, ac idem Theloneum uti abusivè practicatum totali-
ter abrogatum, et sublatum extitisse nihilominus con-
tra obloquentiam ejusdemmet ultimarij Decreti Nostri
idem Theloneum à vinis, et quidem primò per nobile,
et spectabilem Josephum Bartsch Consulem Crако-
vien, tandem per nobilem Hiacynthum Bartsch Pa-
tritium Cracovien ex Hungaria Cracoviam condu-
ctis vi, et violenter exigere per Excubitores suos cur-
rus cum dictis vinis in via publica detinere, quini-
mo quamvis à Jurisdictione dicta Urbis Cracovien
exisatus fuerit, ab eadem tamen abusiva, et Decreto
Regio sublata Thelonei Capitanealis Exactione supersе-
dere nolle, et actu eandem emungere, et extorquere
taliterque Juribus dicta Urbi Cracoviensi servienti-
bus, et respectivè ultimario Decreto nostro evidenter
contravenire auctus est. Quapropter suprascriptus
Protestans Nomine quò supra respectu hujusmodi
gravis præjudicij dicta Urbi Cracovien illati, ac ma-
nifesta convulsionis Jurium, et Decretorum Nostro-
rum, iterum atq; iterum contra Eundem Prósum Ju-
chalski coram ijsdemmet actis præsentibus Metri-
ces Regni Cancellaria Nostra majoris manifestatur,
et solennissimè protestatur declarando suos Principales
ratione præmissorum ubi, ac coram Quo de Jure vene-
rit

rit Acturos, et panas pro convulsione pratautorum Juri-
um, et Decretorum Nostrorum ursuros, pro restitutio-
ne nulliter exauti Thelonei instituros, cæteraq́ pro
exigentia hujus negotij gesturos. Hâc suâ solenni
manifestatione ad præmissa mediante, salvâ ejusd
augendi, minuendi, meliorandavè suis Principalibꝫ
reservata, et præstoditâ facultate, quam quid
manifestationem suprafatus Ignatius Flosierowicz
manu suâ propriâ subscripsit. Josephus Flosierowicz
quâ Plenipotens. Quam ejusmodi manifestationem
sic, ut præmissum factam Nos ad acta præsentia
suscipi, ijsdem inseri, et Parti postulanti authenti-
cè extradi permisimus. In quorum fidem etc. Actus
et Relatio ut supra.

Actum Varsavia Feriâ Tertiâ
in Crastino Festi Nativitatis
Sancti Joannis Baptistæ Die
scilicet Vigesimâ Quintâ Men:
sis Junij Annô Domini Mil:
lesimô, Septingentesimô Quin:
quagesimô Quartô.

Oblata Literarum Monitorialiu
ad Oppidanos Bialenses, et Com:
munitates villarum ad Capitane:
atum Lipiñen. spectan cum Sal:
vo Conductu.

Augustus.

Augustus III. etc. Significamus &c. Oblatas esse ad acta praesentia Metrices Regni Cancellariae Nostrae Majoris Literas Monitoriales ad Spblem Magistratum, et Oppidanos Biatenses. tum Communitates villarum ad Capitaneatum Lipinens spectan, unà cum Salvo Conductu, die hodierna datuatas manu Nostrâ subscriptas, et Sigillô Regni communitas Tenoris sequentis. August Trzeci z Bożey Laski Krol Polski, Wielki Xiąże Litewski, Ruski, Pruski, Mazowiecki, Żmudzki, Kijowski, Wołyński, Podolski, Podlaski, Inflantski, Smoleński, Siewierski, y Czerniechowski, â Dziedziczny Xiąże Saski, y Elektor. Urodzonemu Zygmuntowi Linowskiemu Podkomorzemu, y Staroscie naszemu Lipnickiemu wiernie Nam miłemu, tudzież zacnie Stanetnym Burmistrzowi, Radcom, y całemu Pospolstwu Miasteczka Naszego Biały, iako też prawowitym Woytowi Sołtysom, y Gromadom wsiow Lipnika, Międzybrodzia, y Straconki do Starostwa Lipnickiego należącym niedostatecznie czyniemy. Iż ponieważ przez Panow Rad Naszych przełożono Nam iest, że niektore osoby z was, tak miasteczka iako, y wsiow Naszych wyżey wyttenionych formuiąc sobie nieiakie krzywdy od zwierzchności Starościńskiey iakoby poczynione zmowiwszy sie Administratora tegoż Starostwa naszedłszy, onegoż zinnemi Ludzmi Staroscińskiemi zabraliście, y do kupy sie zgromadziwszy z Miasteczka, y ze wsiow w pole wyśliście, tamże dotąd zostaiecie, á przez to powinności Dworowi należącey odbywać, y Gospodarstwa swe:

go dopilnować

go dopilnować zaniedbywaiąc; więc gdy tak krzywdy iakoby Wam od Zwierzchności Staroscińskiey iako też od Was poczynione sądownie bydź maią rostrząśnione, y rozsądzone, ániżeli rozsądzenie zbliży się czas nieiaki upłynie, á przez taką odwłokę opoznienie w Gospodarstwie niemałą pociągnęłoby szkodę Zacrym umyśliliśmy wydać niniejszy List napomnalny przykazuiąc Wam, tak Obywatelom Miasteczka iako też gromadom wsi przerzeczonych, ażebyście bez odwłoki za pokazaniem niniejszego Listu Naszego do Domow swoich roześli się, buntow żadnych ani spiskow nieczyniąc, Gospodarstwa każdy swego aby pilnował, Robocizny, y Daniny Dworowi należące abyście bez oporu, y sprzeczki odbywali, zabranego Administratora Staroscińskiego, y innych ludzi dłużey nieprzytrzymywali, y owszem onych nieodwłocznie wolno puscili, á ieżeli pretenduiecie mieć iakowe od Zwierzchności Staroscińskiey krzywdy, abyście onych bez buntow w skromności Prawem dochodzili, y nieczyniąc żadnego bezprawia, albo tumultow Sprawiedliwey Decyzyi Sądu oczekiwali, surowo pod karami kryminalnemi przykazuiemy. Zaś Urodzonemu Staroście naszemu pilno zalecamy, y mieć chcemy, aby nad temi samemi Osobami żadney zemsty nieczynił, y czynić niekazał, większemi nad Dekreta Sądow Naszych daninami, y robociznami aby Ich nieuciążał, y opo-

stępek

stępek wyżey opisany przez Obywatelow, y Gromady uczyniony, aby Ich niesądził, y niekarał, ale raczey aby także rozsądzenia Naszego cierpliwie oczekiwał postanawiamy. Dla czego List niniejszy ręką Naszą podpisany, pieczęcią Koronną stwierdzić roskazaliśmy. Dan w Warszawie Dnia XXV. Miesiąca Czerwca, Roku Pańskiego MDCCLIV. Panowania Naszego XXI. Roku. List napominalny do zacnie Stawetnych Burmistrza, Radcow, y całego Pospolstwa Miasteczka Biały, tudzież Prawowitych Woyta, Sołtysow, Gromad Wsiow Lipnika, Międzybrodzia, y Straconki do Starostwa Lipnickiego należących wraz zgleytem Augustus Rex. Locus Sigilli Majoris Cancellaria Regni. Woyciech Rakowski I.K.Mći Pieczęci W.K. Sekretarz mp. Quas ejusmodi Literas Monitoriales si, ut præmissum oblatas Nos ad Acta præsentia suscipi, ijsdem inseri, et ex eisdem fideliter descripto Parti postulanti authenticè extradi originale verò rursùs offerenti restitui f. de quo recepto Cancellaria Nostra præsentibus quietatur permisimus. In quorum fidem etc. Actum et Relatio ut supra.

Actum Varsavia Feriâ Quartâ in Crastino Festi Visitationis B.V.M. Die scilicet Tertiâ Mensis Julij, Annô Dñi Millesimô,

Septingen:

Septingentesimô, Quin-
quagesimô, Quarto.

Edit de Tenuta Lipowce Mgfcus Prolancellarius M.D. Litt.ae in Perso-
nas Inosorum Błędowskich Capitt
Glinianen.

Augustus III. etc. Significamus etc. Quomodo co-
ram Nobis, Actisq. Metrices Regni Cancellariæ Nostræ
Majoris personaliter comparens Mgcus Michäel Sapie-
ha antea tus Palatinus Podlachiæ, ad præsens verò Pro-
Cancellarius M.D. Litt.ae sanus mente, et corpore existens
Terris, Districtibus á foro et Jurisdictione sua quavis
propria recedendo, præsenti verò Nostræ, quod hunc concer-
nit actum se subjciendo, et incorporando, sponte, palam,
liberè, ac per expressum recognovit, præsentibusq. reco-
gnoscit. Quia Ipse inhærendo Privilegio Consensûs Nostri
super infrascripta recognoscenda á Nobis gratiosè sibi col-
lati, manuq. Nostrâ Regiâ subscripti, et Sigillo Cancel-
lariæ Nostræ Majoris Regni communiti, ad præsens in
suo originali exhibiti, cujus tenor sequens est. Augu-
stus III. Dei Gratia Rex Poloniæ, Magnus Dux Li-
thuaniæ, Russiæ, Prussiæ, Masoviæ, Samogitiæ, Kijo-
viæ, Volhyniæ, Podoliæ, Podlachiæ Livoniæ, Smolen-
sciæ, Severiæ, Czerniechoviæq. nec non Hæreditarius
Dux Saxoniæ Princeps, et Elector. Significamus præ-
sentibus Literis Nostris Quorum interest Universis,
et singulis

et singulis. Consensisse Nos, et permisisse, consentireq, et permittere hisce Literis Nostris Magnifico Michaëli Sapieha Palatino Podlachiæ, ut possit, et valeat de omni, et integro Jure suo advitalitio, quod eidem super Tenutam Bonorum Nostrorum Regalium Lipowce in Palatinatu Russiæ Terra Leopoliensi consistentem servit, et competit cedere, illudq in Personas Generosorum Jacobi Błędowski, et Ursulæ de Dziedoszyckie Conjugum Capitaneorum Plinianenæ Generalis Majoris Exercitûs Nostri Saxonici plenariè transferre, et transfundere; Quæ quidem Cessio, Jurisq Transfusio, postquàm coram actis quibusvis authenticis Regni facta, et recognita fuerit, Nos eam ratam, et firmam habituri sumus, uti eam, quæ præviô hocce Consensu Nostro Regio peragetur, vigore cujus cessionis, præsentisque Consensûs Nostri, Supradicti Generosi Jacobus, et Ursula de Dziedoszyckie Błędowscy Conjuges Capitanei Plinianenæ memoratam Tenutam Bonorum Lipowce cum omnibus Curijs, Areis, ædificijs, Prædijs, agris, pratis, campis, hortis, Sylvis, horreis, pascuis, tabernis, stagnis, piscinis, braxatorijs, Subditis utriusq Sexûs, eorumque Censibus, laboribus, vigilijs, dationibus, commodis, et emolumentis, cunctis denique ad præfatam Tenutam attinen, et pertinen, antiquitùs spectantibus, tenebunt, habebunt, et possidebunt, ad extrema vitæ suæ tempora. Promittimus autem pro Nobis, et Serenissimis Successoribus Nostris, non esse Nos, et Serenissi-

mos

mos Successores Nostros, Eosdem Pnos Jacobum, et Ursulam de Dziecloszyckie Błędowskie Conjuges Capitd Glinianen ab usu, et pacifica possessione praedicta Tenuta Bonorum Lipowce amoturos, neq amovendi potestatem cuipiam daturos, sed salvum, et integrum Jus advitalitiale eisdem conservaturos, quod et Se: renissimi Successores Nostri praestabunt. Ratione cujus advitalitatis solitam proventuum Quartam ad Thesaurum Regni quotannis inferre tenebuntur. Juribus Nostris Regalibus Reipublicae Ecclesiaq Romanae Catholicae salvis manentibus. In quorum fidem praesentes manu Nostrâ subscriptas Sigillô Regni communiri jussimus. Datd Varsaviae Die XIV. Mensis Septembris Annô Domini MDCCLII. Regni vero Nostri XIX. Annô. Augustus Rex. Locus Sigilli Regni Majoris. Consensus cedendi de Tenuta Bonorum Lipowce in Palatinatu Russiae, Terra Leopolien sitd, Mgco Michaëli Sapieha Palatino Podlachiae in Personas Pnos Błędowskich Conjugum Capitd Glinianen data: tur. Adalbertus Rakowski S.R.a mtis, et Sigilli Majoris Regni Secretarius. De omni, et integro Jure suo advitalitio, quod et quale Ipsi super dictam Tenuta Bonorum Nostrorum Lipowce in Palatinatu Russiae Terra Leopolien sitd servit, et competit; Jam ex nunc, et de facto Pnosis Jacobo Błędowski Capitaneo Glinianen Pnali Majori Exercitûs Nri Saxonici, et Ursulae de Dziecloszyckie Conjugibus vero, et irrevocabilis cessionis titulo, cessit, et condescendit prout

praesentibus

præsentibus cum omnibus attinentijs, et pertinentijs
ad præfatam Tenutam Bonorum Lipowce nunc, et
ab antiquo spectantibus cedit, abscedit, et condescen-
dit, totumquè Jus suum in Personas suprascriptorũ
Jnosorum Bledowskich Conjugum transfert, et trans-
fundit, Jntromissionem officiosam in suprascriptã
Tenutam, omnesq́ attinentias, et pertinentias dat,
et admittit, daturumquè, et admissurum se submit-
tit præsenti suâ personali recognitione ad præmis-
sa mediante in forma aliàs cessionis plenissima,
et de Jure perfectissima, quam Idem Mgcus Reco-
gnoscens manu suâ propriâ subscripsit. Michaël
Comes Sapieha Procancellarius M. D. Litt. Quam
ejusmodi cessionem, Jurisquè Transfusionem, sic, ut
præmissum factam, et recognitam Nos ratam, fir-
mam, et de Jure validam habentes, haberiq́ ab omni-
bus volentes, eam ad acta præsentia Metrices Regni
suscipi, ijsdem inseri, et Parti postulanti authenti-
cè extradi permisimus. Jn quorum fidem etc. actũ
ut supra Relatio Ejusdem Illrmi Supremi Regni
Cancellarij.

Actum Varsavia Feriâ Sex-
tâ post Festum Visitationis
Bmæ V. M. proximâ Die scili-
cet Quintâ Mensis Julij
Anno Domini Millesimo,
Septingentesi-

Septingentesimô, Quinquagesimô, Quartô.

Constituit Plenipotentes Mgcus Comes Malachowski Supremus Regni Cancellarig

Augustus III. etc. Significamus &c. Quod coram actis Metrices Regni Cancellariæ nostræ Majoris personaliter comparens Magnificus Joannes Comes in Konisłie, et Białaczew a Małachowice Małachowski Supremus Regni Cancellarius Ostrołęcensis, et Buzniouiensis Capitaneus, suo, et Mgcæ Isabellæ de Rychty Consortis suæ nomine agens pro cujus ratihabitione cavet sanus mente, et corpore existens à Foro, Terris, Districtibus, et Jurisdictione sua quavis propria, et competenti recedendo, præsenti verò nostræ Regiæ Jurisdictioni se cum Bonis suis generaliter omnibus quò ad infra recognoscenda attinet, se se subjiciendo, et incorporando sponte, palam, liberè, ac per expressum recognovit, præsentibusq recognoscit: Quia Ipse Prosos Michaelem Leśiecki, ac quorumvis nominum Hryniewiecki, Skorupki Fratres, Baczyński, Koszowski, Zwierzchowski, Wyrzykowski, Wolski, Jaykowski, Naramowski, Pawłowski, Woycicki, Siemiganowski, Bąkowski, Promnicki, et Kościński in suos veros, legitimos, ac indubitatos Plenipotentes eligit, constituit, facit, inscribit, et solenniter ordinat, dans, et concedens Ipsis tam divisim, quàm conjunctim plenariam facultatem, omnimodamq

potestatem

potestatem Causas sui Recognoscentis juridicas ge=
neraliter omnes, et singulas cum quibusvis Personis
occasione cujusvis negotij in omni Officio, et Judicio
Majoris, minorisve subsellij habitas, et habendas in=
stitutas, et instituendas promovendi, defendendi, ju=
re tuendi, comparitiones inscribendi, Decreta susci=
endi, à Contrarijs appellandi, seu movendi, jura=
menta attentandi, panas judiciarias levandi, de
levatis quietandi, intromissiones in Bona offerendi,
et apprehendendi executiones urgendi, attentandi, ar=
resta imponendi, cæteraq̃ pro Causarum, et negotiorũ
exigentia debito legis ordine peragendi, et exequendi
alios Plenipotentes cum simili, vel limitata facultate
substituendi; Offerendo se omnia per Ipsos juridicè,
et Legitimè peracta pro rato, et valido suscepturum
Quam Plenipotentiam ad Triennium duraturam Jde
Mgcus Recognoscens manu suâ propriâ subscripsit.
Joannes Malachowski S. R. Canc. meo, et Uxoris meæ
nomine mp. Quam ejusmodi Plenipotentiam Nos ra=
tam, et firmam habentes, habericuè ab omnibus vo=
lentes, eam ad acta præsentia Metrices Regni susci=
pi, ijsdem inseri, et Parti postulanti authenticè
extradi permisimus. In quorum fidem etc. Actum
Varsaviæ ut supra Relatio Illrmi Excellentissimi
et Reumi Dñi Michaëlis Comitis de Granow Wo=
dzicki Decani Cathlis Cracovien; abbatis Com=
mendatarij Cervenensis, et Claræ Tumbæ Mogilnen
Pro Cancellarij

Procancellarij Regni.

Actum Varsavia Sabba-
tho post Festum Visitationis
B.V.M. proximô Die scili-
cet, Sextâ mensis Julÿ ste-
nô Domini Millesimô, Septin-
gentesimô, Quinquagesimô,
Quartô.

Roborant Conventionem certam I.I. Po-
tocki Inuisor Regni, et Rakowski Secreta-
rius Sigilli Majoris Regni.

Augustus Tertius etc. Significamus etc. Quomodo
coram Nobis, actisq; præsentibus Metrices Regni Cancel-
laria Nostra Majoris personaliter comparentes Jene-
rosi Franciscus Salesius Potocki Inuisor Regni, Bel-
zenc, Hrubieszoviens, Robczynens, Iabtonovien Capi-
taneus ab una, et Adalbertus Rakowski Secretarius
Noster, et Sigilli Majoris Rñi parte ab altera sani
mentibus, et corporibus existentes, â Foro, Terris, Di-
strictibus, et Jurisdictionibus suis quibusvis proprijs,
et competentibus recedendo, præsenti verò Nostræ Re-
giæ se cum Bonis suis generaliter omnibus subij-
iendo, et incorporando sponte, palam, liberè, ac per
expressum recognoverunt, præsentibusque recogno-
scunt. Quia Ipsi Transactionem certam hii Varsaviæ
Die hodierna in Actu contenta ratione in eadem

Transactione

Transactione contentorum inter se Recognoscentes conscriptam, manibus ab utrinquè subscriptam, et sigillis gentilitijs in cera rubra hispanica expressis communitam, vadioq́ Novem Millium, Septingentorum, nonaginta Quatuor Talerorum Florenorum Polonicalium Quinque, et grossorum Decem firmatam, in omnibus ejus punctis, clausulis, articulis, nexibus, conditionibus, et ligamentis roborant, et ratificant eidemquè Transactioni tam in toto, quàm in quavis minima parte se se suis cum Successoribus satisfacere submittunt, præsentibusq́ declarant. Idq́ sub vadio suprascripto Novem Millium Septingentorum nonaginta Quatuor Talerorum, Floren. Polon. Quinque, et grossorum Decem in casu eidem Transactionis contraventionis, et in aliquo puncto non satisfactionis irremissibiliter succumbendo. Pro quo quidem vadio taliter exinde succubito, citata una Pars contraveniens ex Instantia alterius Partis eandem Transactionem tenentis, et adimplentis, sive ejus Successorum ad Judicium Tribunalis Regni Lublinen. tenebitur suis cum Successoribus semper in primo Juris, Citationisq́ Termino peremptorio stare, Juri parere, et respondere, comparendoq́ vadium prædictum succubitò solvere, quò soluto nihilominus eidem Transactioni satisfacere, ac omne Judicatum illius Judicij de Jure non exeundo pati, absq́ omni Dilatione, exceptione,

exceptione, evasione, motione, et Appellatione, eanumq́
modò quôvis prosecutione. Kîs suîs personalibus Reco-
gnitionibus ad præmissa mediantibus. In forma ali-
às Roborationis plenissima, et de Jure perfectissi=
ma. Quam ÿdem Jnosi Recognoscentes manibus
suis proprÿs subscripserunt. F.S. Potocki K. K.
W. Rakowski mp. Quam ejusmodi Roborationem
sic ut præmissum fatam Nostratam, firmam, ac de
Jure validam habentes, haberiquè ab omnibus volen-
tes, eam ad Acta præsentia Metrices Regni susciÿ,
ijsdem inseri, et Parti postulanti authenticè extradi per-
misimus. In quorum fidem etc. Actum Varsaviæ ut su:
pra. Relatio Illrmi, Excellentissimi, et Reverendmi
Dñi Michäelis Comitis de Granow Wodzicki Decani
Cathlis Cracovien Abbatis Commendatarij Cervenen,
et Claræ Tumbæ Procancellarij Regni.

Sub eodem Actu.

Cedit P. Rakowski Secretarius Sigilli
Majoris Rñi de Summa 9794 Tale-
rorum Florenæ Polonæ 5. et grossorum
10. Jnoso Potocki Jnsisori Rñi.

Augustus III. etc. Significamus etc. Quomodo co-
ram Nobis, Actisq́ præsentibus. Metrices Regni Can-
cellariæ Nostræ Majoris personaliter comparens
Jnosus Adalbertus Rakowski Noster, et Sigilli
Majoris Cancellariæ Regni Secretarius sanus
mente, et corpore existens, á Foro, Terris, Districtibq
et Jurisdictione sua quavis propria, et competenti

recedendo

recedendo, præsenti verò Nostræ Regiæ se cum Bonis su-
is generaliter omnibus subijciendo, et incorporando,
sponte, palam, libere, ac per expressum recognovit pre-
sentibusq; recognoscit. Quia Ipse de Summa novem
Millium Septingentorum nonaginta Quatuor Tale-
rorum Florenq; Polonq; Quinque, et grossorum Decem
per olim Josum Antonium Korniakta á Nobilibus
Sawa, et Alexio Horhorowicze Mercatoribus Ori-
gentalibus contracta, Privilegiog; Juris Cadmi de
actu ejus Die Vigesima Februarij Anno Millesimô,
Septingentesimo, Quinquagesimô, Primô, á Nobis be-
nigniter eidem Josso Rakowski collato competenti,
et servienti, ac in Bonis, et substantia supráapti Josi
Korniakta hærente. Jam ex nunc, et de facto Generoso
Francisco Salesio Potocki Incisori Regni Belzen, Kru-
bieszoviens, Robczycens, et Jabłonovien, Capitaneo, ejus-
que Legitimis Successoribus cedit, et condescendit, omne-
que, et integrum jus suum quò ad Summam supra-
scriptam in rem ejusdem Josi Inijoris Regni ejusq;
Successorum nihil quidquàm sibi, et suis Succes-
ribus ad prædictam Summam reservando, aut modo
quôvis excipiendo, accepta pro præmissis sufficienti
satisfactione transfert, transfundit, et incorporat
plenarie, et ex integro; Evictionem generalem ca-
vet, ac super Bonis suis generaliter omnibus
inscribit. Hâc suâ personali Recognitione ac
præmissa mediante, In forma alias cessionis, Ju-
risq; Transfusionis plenissima, et de Jure perfectis-

sima. Quam Idem Prosus Recognoscens manu propria subscripsit. Adalbertus Rakowski mp. Quam ejusmodi Cessionem, Jurisque Transfusionem su, ut præmissum factam Nos ratam, firmam, ac de Jure validam habentes, haberiq ab omnibus volentes, eam ad acta præsentia Metrices Regni suscipi, ijsdem inseri, et Parti postulanti authenticè extradi permisimus. In quorum fidem &c. Actum Varsaviæ ut supra. Relatio Illrmi Excellmi, et Rmi Procancellarij Regni.

Actum Varsaviæ Feriâ Secundâ ante Festum Sæ Margarethæ Virg: proxima Die scilicet Octavâ Mensis Julij Annô Domini Millesimô, Septingentesimô Quinquagesimô, Quartô.

Oblata Privilegij super Castellanatum Lanicien Mgco Linowski collati.

Augustus III. etc. Significamus etc. Oblatas esse ad acta præsentia Metrices Regni Cancellariæ Nostræ Majoris Literas Privilegij super Castellanatum Lanicien Mgco Sigismundo Linowski collati manu Nostra subscriptas, et Sigillô minoris Cancellariæ Regni communitas, sanas, salvas, et illæsas, omniquè suspitionis notâ carentes tenoris sequentis. Augustus Tertius Dei Gratiâ Rex Poloniæ, Magnus Dux Lithuaniæ

Lithvaniæ, Russiæ, Prussiæ, Masoviæ, Samogitiæ, Kijo-
viæ, Volhyniæ, Podoliæ, Podlachiæ Livoniæ Smolen=
sciæ, Severiæ Czerniechoviæq, nec non Hæreditarius
Dux Saxoniæ, et Princeps Elector. Significamus præ=
sentibus Literis Nostris quorum interest Universis,
et singulis. Quòd cum generosus Sigismundus Linow-
ski Capitaneus Lipnicensis constanti, et nunquàm
mutata fide tam Serenissimo Augusto II. Parenti
Nostro desideratissimo, quàm, et Nobis, ac Reipubli-
cæ bello, et pacis tempore insignia merita conte=
status sit, et in tot Comitijs Regni Generalibus Offi-
cia, et munia Nuntij variorum Palatinatuum Lauda-
biliter, et exemplariter gesserat. Ideo intuitu eo=
rundem meritorum, et ut eum alacriorem ad ulte-
riora Nobis præstanda reddamus, et pervetustæ illi-
us Familiæ in Regno Poloniæ clarissimæ rationem
habendo, faciendum esse duximus, ut Eidem Præ=
Sigismundo Linowski Castellanatum Lanciciense
post fata Mgci olim Josephi Lipski vacantem, et
ad dispositionem nostram Regiam devolutum da=
remus, et conferremus prout quidem damus, et con=
ferimus præsentibus Literis Nostris, ita ut Eunden
Castellanatum Lanciciens in Palatinatu Lancici-
ensi consistentem cum omnibus Juribus præroga=
tiis et obventionibus huic Dignitati de Legum præ=
scripto, et recepto usu servientibus teneat, habeat, et
obeat ad extrema vitæ sua tempora, vel majoris ali=
cujus Dignitatis assecutionem: Quod omnibus quorum

interest

interest præsertim verò Dignitarijs, Officialibus, ac toti nobilitati Palatinatuum Majoris Poloniæ, et singulariter Palatinatûs Lanicienę notum esse volentes, mandamus ut Eundem Prosum Sigismundum Linowski pro verò, et actuali Castellano Lanicien̄si habeant, et agnoscant, Eidemq̃ de loco Juribus prærogativis, et obventionibus huic Dignitati servien̄, respondeant pro Gratia Nostra. In quorum fidem præsentes manu nostrâ subscriptas Sigillõ Regni communiri jussimus. Datum Varsaviæ Die VI. Mensis Julij Annô Domini MDCCLIV. Regni verò Nostri XXI. Anno Castellanatus Lanicien̄sis post fata Mgci Josephi Lipski vacans Prosо Sigismundo Linowski confertur. Augustus Rex. Locus Sigilli Minoris Cancellariæ Regni. Joannes Klosowski Canonicus Cathedralis Præmislien̄, Sae Rae Mtis Sigilli Regni Secretarius mp. à tergo ejusdem Privilegij Prolancellariatu Illmi, Excellmi, ac Rmi Dni Michaelis Comitis de Granow Wodzicki Decani Cathedralis Cracovien̄sis, Abbatis Commendarij Cerveneñ, et Claræ Tumbæ Prolancellarij Regni Sigillatum. Quas ejusmodi Literas Privilegij sic ut præmissum oblatas Nos ad acta præsentia Metrices Regni suscipi, ijsdem inseri, et exijsdem fideliter descriptâ Parti postulanti authenticè extradi, originale verò rursùs offerenti restitui f de quo recepto Cancellaria Nostra præ-

sentibus

sentibus quietatur: / permisimus. In quorum fidem etc. Actum, et Relatio ut supra.

Sub eodem Actu.

Roborant Conventionem certam Mgcg Supremus Regni Cancellarius, et Gnosus Dzierzanowski Venator Livensis: Augustus III. etc. Significamus, etc. Quomodò coram Nobis, Actisq; præsentibus Metrices Regni Cancellariæ Nostræ Majoris personaliter comparentes Magnificus Joannes Comes in Koñskie, et Białaczew á Małachowice Małachowski Supremus Regni Cancellarius Ostrolęcensis, et Buerniovien: Capitaneus ab una, et Gnosus Franciscus Dzierzanowski Venator Livensis suo, et Gnosa Francisca de Morykonie: / pro cujus ratihabitione solenniter cavet: / nomine parte ab altera, sani mentibus, et corporibus existentes á Foro, Terris, Districtibus, et Jurisdictionibus suis quibusvis proprijs, et competentibus recedendo, præsenti verò Nostræ Regiæ se cum bonis suis generaliter omnibus subijciendo, et incorporando sponte, palam, liberè, ac per expressum recognoverunt, præsentibusq; recognoscunt. Quia Ipsi Conventionem certam respectu successionis post Gnosum olim Blasium Krasiński Capitaneum Prasnicensem devolutam Interse Recognoscentes initam, ac Die hodierna in Actu contenta hîc Varsaviæ conscriptam, manibus

nibus ab utrinquè subscriptam, et sigillis gentilitijs in cera rubra hispanica expressis communitam, vadioq Viginti Millium florenũ Polonũ firmatam, in omnibus ejus punctis, clausulis, articulis, nexibus, conditionibus, et ligamentis, roborant, et ratificant, eidemquè Conventioni tam in toto, quàm in quavis minima parte se se suis cum Successoribus satisfacere submittunt, præsentibusquè declarant, idq sub vadio suprascripto Viginti Millium florenũ Polonũ in casu eidem Conventioni contraventionis, et in aliquo puncto non satisfactionis irremissibiliter succumbendo. Pro quo quidem vadio taliter exinde succubito citata una Pars contraveniens ex Instantia alterius Partis eandem Conventionem tenentis, et adimplentis, sive ejus Successorum ad judicium Tribunalis Regni Lublinensis tenebitur suis cum Successoribus semper in primo Juris, Citationisq Termino peremptorio stare, Juri parere respondere, comparendoq vadium prædictum Succubitum solvere, quò soluto nihilominus eidem Conventioni satisfacere, ac omne Judicatum illius Judicij de jure non exeundo pati, absq omni dilatione, exceptione, evasione, motione, et appellatione, earumq modò quòvis prosecutione. His suis personalibus Recognitionibus ad premissa mediantibus. In forma alias Roborationis plenissima, et de Jure perfectissima. Quam ijdem Recognoscentes manibus suis subscripserunt. J. Matachowski Sup. R. Cane. mp. F. Dzierzanowski. Quam

ejusmodi

ejusmodi Roborationem sic, ut præmissum fuitam, Nos ratam, firmam, ac de Jure validam habentes, haberique ab omnibus volentes eam ad acta præsentia Metrices Regni suscipi, ijsdem inseri, et Partipostulanti authentice extradi permisimus. In quorum fidem etc. Actum et Relatio ut supra.

Sub eodem Actu.

Oblata Rescripti Commissionis ad Capitaneatum Lipnicensem.

Augustus III. etc. Significamus etc. Oblatas esse ad acta præsentia Metrices Regni Cancellariæ Nostræ Majoris Literas Rescripti Commissionis ad Capitaneatum Lipnicensem manu Nostrâ subscriptas, et Sigillô minoris Cancellariæ Regni communitas, sanas, salvas, et illæsas, omniquè suspitionis notâ carentes, tenoris sequentis. Augustus III. Dei Gratiâ Rex Poloniæ Magnus Dux Lithuaniæ, Russiæ, Prussiæ, Mazovia, Samogitiæ, Kijoviæ, Volhyniæ, Podoliæ, Podlachiæ, Livoniæ, Smolenskiæ, Severiæ, Czerniechoviæq, nec non Hæreditarius Dux Saxoniæ Princeps, et Elector. Reverendo in Christo Patri Antonio Ostrowski Episcopo Livoniæ, tum Prosis Stanislao Dembiński Capitaneo Volbromensi, Antonio Błeszyński Thesaurario Darowski Judici Castrensi Oświecimensibus, Spithoni Jordan Dapiferido Cracovien. Rudnicki Cracovien. Michalczewski Neokorczynen. Castrensibus Subdelegatis, et Ignatio Ludovico Nowicki

Metrices

856.

Metrices Regni Præfecto sincerè, et fideliter Nobis Dilectis Fratiam Nostram Regiam. Reverende in Christo Pater sinere, et Generosi fideliter Nobis Dilecti Expositum Nobis est per certos Consiliarios Nostros, quomodo tam Cives de Oppido Biala, quàm, et Villani de Communitatibus Villarum Lipnik, Miedzybrodzie, et Straconka Capitaneatus Lipnicensis, nescitur ex qua Causa odio contra Jùm Sigismundum Linowski Succamerarium, et Capitaneum Nostrum Lipnicensem ducti, factâ inter se conspiratione, tumultuatim Curiam Capitanealem profunda nocte invadendo, ex eadem Administratorem dicti Capitaneatus, ac alios homines in eadem Curia præventos compedibus ligârunt, ex dicta Curia eduxerunt, et incarcerârunt, in mansionibus Capitanealibus, et Residentijs sibi apertis, et reseratis, cistas, et arculas asservatas perlustrârunt, aliosq; illicitos actus patrârunt, hôc peractô Nobilem Magistratum Biatensem, et Oppidanos ad similes exorbitantias conitando eosdem infestârunt, Prætorium, et Stubam Judicialem invaserunt, Privilegia, et Jura Oppido servientia sibi produci mandârunt, Proconsulem ad præstandum juramentum favore sui nescitur ad quem effectum obstinxerunt, et compulerunt. Tandem hîs patratîs Administratoreq; Capitaneatûs, ac alijs hominibus Curialibus compedibus ligatîs secum acceptîs turmatim incedendo tormenta bellica, bombardasq; variæ speciei de Curia Capitaneali in campos cum pulvere nitratô abstulerunt, et transportârunt, ex ijsdemq; tormentis, et

bombardis

bombardis in signum victoriæ jaculari fecerunt, in montibusq; et campis permodum Castrorum se se collocando, ibidemque hucusq; permanent, nullasque Dationes, et Labores Curiæ Capitaneali præstare denomiamq; suam familiarem curare renuunt, persuasiones, et remonstrationes, ex parte, et nomine Generosi Capitanei factas, et expositas contemnunt, imo easdem vilipendendo plures temeritates minari audent. Cùm itaq; præmissa Seditiones turbulentiæ, et conspirationes statum tangant, tranquillitatemq; publicam vulnerent, non minorisq; momenti trahant post se Sequelas, præfatumq; negotium moram non patiatur, et Ordinarium in Citationibus, et Prosecutionibus Juris Processum præcindant; Eapropter de plenitudine potestatis Nostræ Regiæ pro cognoscendis, et sedandis præmissis, Commissionem designare, sinceritatemq; et Fidelitates Vestras / de quorum prudentia, et rectè factis optimè persuasi sumus / pro Commissarijs deputare faciendum esse duximus, prout designamus, et deputamus præsentibus Literis Nostris, Ijsdem committendo; Quatenus prævijs innotescentiarum suarum Literis, duabus Septimanis ante terminum ponendis ad Capitaneatum Nostrum Lipnicensem condescendant, ibidemque absentiâ nonnullorum modò tres adsint, fundatâ Jurisdictione suâ Commissoriali, adhibitoq; forti brachiô / inquantum necessitas postulaverit / Contumaciâq; tam Oppidanorum, quàm et villanorum

seu

seu Communitatum, et particularium prædicti Capitaneatûs Incolarum non obstante, Citationibus ad reponendum præsens Rescriptum, ac alijs quibusvis tum Prosecutionibus, et appellationibus, Recessibus, ac Mandatis gravaminis non attentis, rejectisq inutilibus exceptionibus, et Dilationibus de Causa, et origine suprafatarum Conspirationum, et rebellionum indagent, et utrum tales, ut præmissa est, vel majores, aut minores in facto seditiones, et conjurationes? ac ad qualem finem, et effectum? tum contra quem patratæ fuerint? et utrum Mandato Nostro et monito nuper ad eosdem Oppidanos, et Villanos directo satisfactum? aut per quem contraventum sit? seriò inquirant, trutinatisq, et pensatis circumstantijs facti, et excessuum pro qualitate demeritorum, et exorbitantiarum contra delinquentes pœnas irrogent, et extendant, executionemq indilatam Sententiarum suarum fieri curent, præsertim in Causis, et punctis criminalibus ℔ aut semi criminalibus ℔ quatenus apparuerint/ appellatione: Et si tam Oppidani, quàm, et villani aliquas prætensiones, et injurias, à Generoso Capitaneo, vel Ejus locum tenentibus sibi illatas fuisse induxerint. easdem querelas, et prætensiones examinent, et examinent, Decreta anteriora Judiciorum Nostrorum, singulariter ultimariium à Partibus producendum considerent, et si Jnosus Capitaneus vel ejus subalterni ultra obloquentiam Decretorum eosdem opprimant? suscitentur, et si abusus injuria

et aggravatio-

et aggravationes deductæ fuerint? eas abrogent, et re-
fusionem injungant, in futurumque bonum Ordinem
præscribant, totumque negotium inter Partes usque
ad actum Commissionis intercedens determinent, et de-
finiant, Appellatione ad Nos Judiciaq Nostra Assessori-
alia Parti gravatam se sentienti in causis, et punctis
duntaxat Civilibus, aut Juris salva manente commit-
timus. Actum suum Commissionis in aperto, inqui-
sitiones vero in occluso Rotulo Partibus extradant,
injungimus, secùs sinceritatem et Fidelitatem Vestro
non futuro pro Gratia Nostra, et Officiorum suorum
debito. In quorum fidem præsentes manu Nostra sub-
scriptas, Sigillô Regni communiri jussimus. Datum
Varsaviæ Die VI. Mensis Julij Annô Domini MDCCLIV.
Regni verò Nostri XXI. Annô. Rescriptum Commis-
sionis ad Capitaneatum Lipnicensem. Augustus
Rex. Locus Sigilli Minoris Cancellariæ Regni. Jo-
annes Ktoßowski Canonicus Cathlis Prœmislien,
SæRæ Mtis Sigilli Regni Secretarius mp. Quas ejus-
modi Literas Rescripti sic ut præmissum oblatas
nos ad acta præsentia Metrices Regni suscipi, ijsd
inseri, et ex ijsdem fideliter descriptis Parti po-
stulanti authenticè extradi, originale verò rur-
sùs Offerenti restitui ſ: de quo recepto Cancella-
ria Nostra præsentibus quietatur ſ: permisimus.
In quorum fidem etc. Actum, et Relatio ut supra.

Actum Varsaviæ Feriâ
Quintâ

860. Quintâ ante Festum S-Margaretha Virginis proximâ Die scilicet Undecimâ Mensis Julij Annô Domini Millesimô, Septingentesimô, Quinquagesimô Quartô.

Constituit Mgcus Wolski Castellanus Lublinensis Specialem Plenipotentem Gnosum Horoch Pincernam Laticoviensem.

Augustus III. etc. Significamus etc: Quod ad supplicationem Mgci Josephi in Uher, et Niedrzwica Wolski Castellani Lublinen, ob debilem valetudinem acta publica adire non valentis Gnosum Ignatium Lucovicum Nowicki Metrices Regni Majoris Cancellariæ Profectum, et Secretarium Nostrum deputassemus utq; cum actis Metrices Regni ad residentiam ejusdem Mgci Josephi Wolskii Castellani Lublinen, condescenderet, permisissemus. Is idem Gnosus Deputatus Secretarius noster functus Officio suô palam, publicèq; recognovit. Qualiter die hodierna in actu Contenta ad Monasterium Religiosorum Carmelitarum in Leszno ad varsaviumsium, in quo Idem Mgcus Wolskii residet, condescendit, et quomodò coram eodem Gnoso Deputato Secretario Nostro, actisq; præsentibus Metrices Regni Cancellariæ

Cancellariæ Majoris comparens personaliter supra-
fatus Mgcus Wolski Castellanus Lublinensis, corpo-
re quidem debilis, mente tamen sanus existens, â To-
ro, Terris, Districtibus, et Jurisdictione suâ quavis
propria, et competenti recedendo præsenti verò No-
stræ Regiæ se cum Bonis suis generaliter omni-
bus subijciendo, et incorporando, sponte, palam, libere,
ac per expressum recognovit, præsentibusque recogno-
scit. Quia Ipse in suum, verum, speciale, ac indubita-
tum Plenipotentem Gnosum Stephanum Horoch Pin-
cernam Laticrovien eligit, constituit, et solenniter or-
dinat, dando, et concedendo eidem plenariam facultа-
tem, et omnimodam potestatem Summam duorum
millium Floren Polon vigore Castrensis Decreti Lu-
blinensis â Generoso Stanislao Stugocki Excubiarū
Regni Præfecto sibi Recognoscenti adjudicatam, levan-
di, de levata, et persoluta quietandi, aut in casum con-
traventionis, et Summæ prælibatæ non solutionis omnia
munia pro Causæ istius exigentia, veros, speciales, et in-
dubitatos Plenipotentes concernen obeundi, et exequen-
di; Offerendo se omnia per Ipsum juridicè, et legiti-
mè peracta prorato, et grato suscepturum. Hâc suâ
personali Recognitione ad promissa mediante in
forma aliàs plenissima, et de Jure perfectissima.
Quam manu propria subscripsit Josephus Wolski
Castellanus Lublinensis mp. Quam ejusmodi Depu-
tati Secretarij Nostri Relationem factamq ut præmis-
sum Plenipotentiam Nos firmam, ac de Jure validam

habentes

habentes, haberique ab omnibus volentes, eam acta
præsentia Metrices Regni suscipi, ijsdem inseri, et
Parti postulanti authenticè extradi permisimus.
In quorum fidem etc. Actum ut supra Relatio Illmi
et Excellmi Dñi Supremi Regni Cancellarij.

Actum Varsavia Feriâ Sextâ
pridie Festi S.ae Margaretha
Virginis Die scilicet Duode-
cimâ mensis Julij Annô Domi-
ni Millesimô, Septingentesimô,
Quinquagesimô, Quartô.

Oblata Testamenti per Gnosum Kossowski
Vexilliferum Brzezinen. Conditi.

Augustus III. etc. Significamus etc. Quod veniens per-
sonaliter ad acta præsentia Metrices Regni Cancel-
laria Nostra Majoris Gnosus Thomas de Gtogowa Kos-
sowski Vexillifer in Regimine Guardiæ pedestris Nrô
et Reipl.cæ Nomine, et ex commisso Gnosi Jacobi itidē
de Gtogowa Kossowski Vexilliferi Brzezinensis Pa-
tris sui obtulit ad acticandum actisque præsentibus
inscribendum Testamentum ultimæ voluntatis per
Eundem Gnosum Jacobum de Gtogowa Kossowski
Vexilliferum Brzezinen. die hodierna in actu con-
tenta conditum, manuque Ipsius subscriptum, et
Sigillô

figillô gentilitio in cera rubra hispanica expresso com-
munitum, sanum, salvum, et illæsum, omnique suspiti-
onis nota carens, tenoris sequentis. W Jmię Pańskie A:
men. Niewiedząc dnia, y godziny, kiedy mi Bog moy
z tym się rostać każe Swiatem, á pragnąc pokąd mi
z Laski swoiey Nayświętszey w tym moim ktorym mię
nawiedzić raczył paroxyzmie, czasu, y umysłu zdro-
wego pozwala uczynić co każdy dobrze umrzeć, y
w dobrym rosporządzeniu fortunę, y Sukcessorow swo-
ich zostawić staraiący się zwykł czynić. Nieczeka:
iąc na ostatni życia mego termin czynię wcześnie
tym ostatniey woli moiey opisaniem Dyspozycyą w:
zględem opieki starszey Corki moiey Ewy z Nieboszka
pierwszą żoną moią Franciszką Leszczyńską spłodzo-
ney, ktorey prospiciendo sierostwu, obieram Jey, y na:
znaczam za opiekunow Jmći Pana Franciszka z Sto:
gowey Kossowskiego Podczaszego Inowłodzkiego ia:
ko Brata mego, y Dzieci moich Stryia rodzonego, y
opiekuna naturalnego, y J.W. Jmći Pana Antoniego
z Stogowey Kossowskiego Podskarbiego Nadwornego
Koronnego, niewątpiąc, że iako mi w życiu moim
swoy zawsze oświadczał raczył affekt, tak go y po
moiey śmierci na Dzieci moie extendere raczy, y
to Dziewcze w raz z Rodzonym moim Jmć Panem
Podczaszym Inowłodzkim zaraz po moim z tego
Swiata zeyściu, w opiekę swoię odbiorą, y o ode:
branie należącey na nię po Jey Matce porcyi do

swoich

swoich rąk staraĉ się będą raczyli. Oddawszy Corkę tę moię Ich Protekcyi, y opiece oddaię y kochaną Żonę moią z Dziećmi z nią spłodzonemi, upraszaiąc, y na affekt Braterski obowięzuiąc, aby Iey we wszystkim pomocnemi bydź raczyli, a oraz upraszam, aby to wszystko cokolwiek do tey moiey Dyspozycyi per Codicillos przydanego sciągaĉ się będzie przy Ich pomocy do skutku przyprowadzono było. Ktorą to Dyspozycyą moią dla lepszey wiary y waloru własną ręką podpisawszy actis Metrices Regni roborowaną mieć chcę. Datum w Warszawie Die 12. Julij 1754 Annō. Jakob z Ptogowey Kossowski Chorąży Brzezińskì mp. Locus Sigilli gentilij in cera rubra hispanica expressi. Quod ejusmodi Testamentum sit, ut premissum oblatum Nos ad acta praesentia Metrices Regni suscipi, ijsdem inseri, et ex ijsdem fideliter descriptō Parti postulanti authenticè extradi: originale verò rursùs Nobis offerenti restitui permisimus, de quo recepto Cancellariam Nostram quietavit, quietatq; praesentibus, et pro Majori fide manu propriâ se se subscripsit. Thomas de Ptogowa Kossowski mp. In quorum fidem etc. Actum ut supra. Relatio Illrmi, et Excellmi Primi premi Regni Cancellarij.

Sub eodem Actu.

Oblata complanationis inter Jnosum Potocki Inuisorem Regni, et Jnosum Rakowski Secretarium Majoris Sigilli Regni

gni inita

Augustus III. etc. Significamus etc. Oblatam esse ad:
cta præsentia Metrices Regni Cancellariæ Nostræ Majo=
ris Complanationem inter Prosos Franciscum Salesium
Potocki Incisorem Regni Belzenę Hrubieszevienę Robczy-
cenę Jablonovienę Capitaneum ab una, et Adalbertũ
Rakowski Nostrum, et Sigilli Majoris Regni Secretariũ
parte ab altera hic Varsaviæ Die sextâ Julij Annô Mil:
lesimô, Septingentesimô, Quinquagesimô, Quartô. inita,
et conclusam manibusquè suprafatorum contrahenti-
um subscriptam, et Sigillis gentilitijs in cera rubra
Hispanica expressis communitam, actisq̃ præsentibꝫ
sub actu Varsaviæ Sabbatho post Festum Visitationis
B.V. Mariæ proximâ Die scilicet Sexta Mensis Julij
Annô Domini millesimô, Septingentesimô, Quinqua:
gesimô Quarto roboratam, tenoris sequentis. Między
Jasnie Wielmożnym Jmcią Panem Franciszkiem Sa:
lezyuszem Potockim Krayczym Koronnym Belzkim
Hrubiszewskim, Robczyckim, Jablonowskim, Starosta
z iedney, á Wjmcią Panem Woyciechem Rakowskim
Sekretarzem pieczęci Wielkiey Koronney z drugiey stro-
ny, takowy in ordine subsequendæ infraspecifica:
ta cessionis kontrakt, y pewna Tranzakcya w tenni-
ży opisany sposob. Jż pomieniony Wielż Jmć Pan Ja:
kowski maiąc Jus Caducum de actu ejus Die vige-
sima Februarij Annô millesimô, Septingentesimô,
Quinquagesimô Primô in Cancellaria Regni á
Sa Ra mtté na całą substancyą Szlachetd Sawyj
Alexego

866.

Alexego Horhorowiczow Kupcow orientalnych, â parti-
culariter na Summę Dziewiąciu Tysięcy Siedmiuset
Dziewiąciu dziesiąt, y czterech Talerow, złotych Pol-
skich piąciu, groszy dziesiąciu przez niegdy Wielmo-
żnego Jmći Pana Antoniego Korniakta temuż Sa-
wie Horhorowiczowi winną, Dekretem potioritatis
na fortunę tegoż Jmći Pana Korniakta w Lublinie
w Sądach głównych Trybunalskich Koronnych Feriâ
Quintâ in vigilia Sancti Joannis Baptistæ Annô
Millesimô, Septingentesimô, Decimô Secundô in-
ter Creditores Korniaktovianos wypadłym likwi-
dowaną, y przez pomienionego Sawę zaprzysię-
żoną, et in collocatione loco trigesimô Sextô po-
tożoną, de Tabula potioritatis circa exdivisio-
nem substantiæ Korniaktovianæ subsecutam spa-
dłą sobie konferowane, á widząc longos anfractus
Juris, et dubium, y teraz pomieszczenia się in ter-
mino injunctæ de novo Potioritatis eventum, pro
totali Jure pomienionej Summy Dziewiąciu Ty-
sięcy Siedmiuset, Dziewiąciudziesiąt, y czterech
Talerow, złotych Polskich Piąciu, groszy dzie-
siąciu także, y Prowizyi od niey przychodzącey, konten-
tuie się Summą Dwunastu Tysięcy Złtch Polskich,
ktorą ponieważ ex nunc JWJmć Pan Potocki Krayczy
Koronny temuż Wielmożnemu Jmći Panu Sekretarzo-
wi wypłacił, przeto z wypłaconey pomienionego JW

Jmći

Imii Pana Krayczego Koronnego præsenti kwitując
Transactione Cessionem Officiosam na całą y zupełną
Summę Dziewiąciu Tysięcy Siedmiuset Dziewiąciudzie-
siąt, y czterech Talerow złotych Polskich piąciu, groszy
dziesiąciu z prowizyą należącą in Personam tegoż JW.
Krayczego Koronnego tu w Metryce Koronney instan-
tanee wyżey pomieniony Wielmożny Jmść Pan Ra-
kowski Sekretarz Pieczęci Wielkiey Koronney uczynił
deklaruie. Lubo zaś w tey cessyi będzie generalis
evictio zapisana, iednak gdyby pomieniona Sum-
ma czyli zupełnie, czyli in parte ex Tabula potio-
ritatis miała spaść, tedy Tenże Jmść Pan Sekretarz
ad evictionem ex ratione præmissa pociągniony być
nie ma. Á chociażby zupełna Summa dziewiąciu
Tysięcy Siedmiuset Dziewiąciudziesiąt, y czterech
Talerow, złotych Polskich piąciu, groszy dziesiąciu
in substantia Korniathoviana pomieścita ścij ie:
dnakże pomieniony Wielm Jmć Pan Sekretarz do JW
Krayczego Koron, respektem residuitatis tejże Sum-
my ultra præsentibus constitutam, et exolutam ża-
dney pretensyi rościć niema, y o nię upominać się
niepowinien, ale tylko præsentibus umowioną y
zapłaconą kontentować się obstringitur. Papiery
do tey Summy należące w Lublinie iakowe się
znayduią te wszystkie od Jmći Pana Wolskiego
Patrona odebrać, Plenipotentowi JW Jmći Pana
Krayczego Koronnego za ręcznym rewersem prze-
cavet, et præcommittit. Którą to Tranzakcyą stro-
ny obiedwie

868 ny obiedwie cum Successoribus suis strzymaí, y zyscic obowiązuią się. A to pod zakładem podobney Summy całey, oco in casu contraventionis Foro Trybunału Lubelskiego suis cum Successoribus ad respondendum naznaczaią. A dla lepszey wagi przy zwykłych Pieczęciach własnemi podpisuią rękami, y aktami Metryki Koronney roborowaí przyrzekaią. Działo się w Warszawie. Die Sextâ Julij Annô Domini Millesimô, Septingentesimô, Quinquagesimô, Quartô. F. S. Potocki Kr. Ko. Locus Sigilli gentilitij in cera rubra Hispanica expressi. W. Rakowski mp Locus Sigilli gentilitij in cera rubra hispanica expressi. Quam ejusmodi Complanationem sic ut praemissum oblatam Nos ad acta praesentia Metrices Regni suscipi, ijsdem inseri, et ex ijsdem fideliter descripto Parti postulanti authenticè extradi, originale verò rursùs Offerenti restitui / de quo recepto Cancellaria Nra praesentibus quietatur / permisimus. In quorum fidem etc. Actum, et Relatio ut supra.

Actum Varsaviæ Feriâ Tertiâ post Festum S.ae Margarethæ Virginis proximâ Die scilicet Decimâ Sextâ Mensis Julij Annô Domini Millesimô, Septingentesimô, Quinquagesimô, Quartô.

Donat Bona Jaroszewo tota, et Sortes in Bonis Zagroba I. Jaroszewski Succamerarius

rarius Plocen. Iso Paulo Jaroszewski Vice-
Vexillifero Guardiæ Pedestris.

Augustus III. etc. Significamus etc. Quod ad supplica-
tionem Jnósi Pauli Francisci bini Nominis Jaroszewski
Succamerarij Palatinatûs Plocen. ob debilem valetu-
dinem acta publica adire non valentis Jnósum Ignati-
um Ludovicum Nowicki Metrices Regni Majoris Cancel-
lariæ Præfectum, et Secretarium Nostrum deputasse-
mus, utq. cum actis Metrices Regni ad Residentiam ejus-
dem Jnósi Pauli Francisci Jaroszewski Succamerarij Pa-
latinatûs Plocen. condescenderet, Rescripto Nro Die he-
sternâ actum præsentem præcedente emanato, permi-
sissemus. Is Idem Jnósus Deputatus Secretarius No-
ster functus Officio suo palam, publiceq. recognovit.
Qualiter die hodierna in actu contenta ad residenti-
am supradicti Jnósi Jaroszewski Conventum scilicet
Rsorum Bernardinorum hic Varsaviæ in Suburbio
Cracoviensi situm condescendit, et quomodo coram eo-
dem Jnóso Deputato Secretario Nostro, actisq. præsen-
tibus Metrices Regni Cancellariæ Majoris compa-
rens personaliter sæpedictus Jnósus Paulus Franciscus
Jaroszewski Succamerarius Palatinatûs Plocen. cor-
pore quidem debilis, mente tamen sanus existens
à Foro, Terris, Districtibus, et Jurisdictione sua quá-
vis propria, et competenti recedendo, præsenti verò
Nræ Regiæ se cum Bonis suis generaliter omnibus
subjiciendo, et incorporando, sponte, palam, liberè, ac
per expressum recognovit, præsentibusque recogno-
scit.

870.

scit. Quia Ipse Jnoso Paulo Jaroszewski, Jnósi Jacobi Dapiferi Terra Zakroczymen: Filio Vice Vexillifero Regiminis Guardiæ Pedestris Nostræ, et Reiplicæ ejusque Successoribus jam exnunc, et de facto Bona sua videlicet Jaroszewo tota, et integra cum sortibꝰ in Bonis Zagroba in Palatinatu Plocen: Districtu, Bielscen: sita propria, et hæreditaria cum omni, et integro jure suo, Dominio, proprietate, hæreditate, titulo hæreditario curijs, prædijs, areis, fundis, agris, campis cultis, et incultis pratis novalibus, agrorum conseminationibus, segetibus, frumentis, hortis, pomarijs, alvearijs, pascuis, pascuarijs, expulsorijs, borris, nemoribus, rubetis, virgultis, indaginibus, stagnis, piscinis, fluvijs, fluminibus, torrentibus, molendinis, molendinatoribus, tabernis, Tabernatoribus, braxatorijs cumꝰ omnibus ædificijs, structuris, Subclitis, Cmethonibus, Hortulanis, Jnquilinis, tam extantibus, quàm profugis, eorumquè uxoribus, liberis, gazis, domibus, Laboribus, vigilijs, dativnibus, obedientia, nec non cũ omnibus fructibus, redditibus, proventibus, emolumentis, attinentijsꝰ universis, et pertinentijs ita latè, Longè, et circumferentialiter prout eadem Bona in suis metis, et Limitibus continentur, per se Recognoscentem vigore Juris sui hæreditarij possidebant, possideriꝰ debebant, nihil inibidem pro se, et Successoribus suis, vel quopiam alio reservando, sed omnibus in genere, et singulis in specie comprehensis, et

demum

demùm cum omnibus juribus, inscriptionibus, et
quibuscunq; Literatorijs documentis, et dispositio-
nibus ad hæreditatem dictorum Bonorum spectanti-
bus, et se se regulantibus mero, vero, purò, et irre-
vocabilis donationis titulo, dedit, donavit, inscri-
psit, et resignavit, prout præsentibus dat, donat, in-
scribit, et resignat, perpetuò, et in ævum, nihil si-
bi, suisq; Successoribus Juris, dominij, proprietatis,
et cujusvis prætextûs ad supradicta Bona reservan-
do, et excipiendo, sed totum, et integrum Jus su:
um hæreditarium in Personam prædicti Gnôsi
Pauli Jaroszewski Vice Vexilliferi Regiminis Guar-
dia Pedestris Nostro, et Reipl̃æ transferendo, et
derivando dviternè. In qua quidem Bona præsen-
tibus donata. Idem Gnôsus Recognoscens præfato
Gnôso Paulo Jaroszewski; quandocunq; voluerit;
per Ministerialem Regni quemvis, et Nobiles duos
quos familiis pro tempore conducere poterit acceptan-
dam Intromissionem dat, et de-facto admittit, datamq;
et admissam nec per se, nec per quasvis subordinatas â
se Personas quomodolibet præpediturum, quinimo Eun-
dem Gnôsum Paulum Jaroszewski Vice-Vexilliferum Re:
giminis Guardiæ Pedestris Nostræ, et Reipublicæ in pa:
cifica possessione supra expressorum Bonorum conserva-
turum se suis cum Successoribus submittit, et obli:
gat. Tuitionem, et evictionem omnimodam genera-
lem, et specialem ab omnibus, et singulis impedimen-
tis quocunq; nomine vocitatis ex re, et occasione

præfatorum

præfatorum Bonorum oriundis, impetitione quavis Ju-
ridica, et extrajuridica cavet, et se se respectu ejusd
evictionis in et super omnibus Bonis suis inscribit, et
assecurat; Idq sub damnis Terrestribus simpliciter
absq juramento corporali taxandis. Pro quibus casu
non præstita Evictionis ad Forum competens citatus
existens, aut Successores Ejus Citati semper in pri-
mo Citationis Termino tanquàm peremptorio stare, ju-
ri parere, respondere, judicatum pati, damnaque Ter-
restria succubita solvere, et nihilominus Inscripti-
oni præsenti Donatariæ in toto, et per omnia satisfa-
cere suis cum Successoribus ſ: semotîs omnibûs Juris
diffugijs, et protellationibus :ſ debebit, ac tenebitur.
Hâc suâ personali Recognitione ad præmissa medi-
ante, in forma aliàs Inscriptionis Donatariæ
resignatoriæ, et evictionis de Jure plenissima, et
perfectissima, quam pro majori firmitate Idem
Prosus Recognoscens manu propria subscripsit.
P. F. Jaroszewski Succ. Pltûs Płoc mp. Quam ejusmo-
di Secretarij nostri Deputati Relationem factam:
què ut præmissum est Donationem Nos firmam
ac de Jure validam habentes, haberiquè ab omni-
bus volentes, eam ad acta præsentia Metrices Re:
gni suscipi, ijsdem inseri, et Parti postulanti
fideliter descriptâ authenticè extradi permisi-
mus. In quorum fidem etc. Actum et Relatio
ut supra. Sub eodem actu.
Oblata Rescripti deputationis.

Augustus

Augustus III. etc. Significamus etc. Oblatas esse Nobis
Acta præsentia Metrices Regni Cancellariæ Nostræ
Majoris Literas Rescripti infrascriptæ, Sigillo Regni com-
munitæ tenoris sequentis. Augustus Tertius Dei Gratia
Rex Poloniæ Magnus Dux Lithuaniæ, Russiæ, Prussiæ,
Masoviæ, Samogitiæ, Kijoviæ, Volhyniæ, Podoliæ, Podla-
chiæ Livoniæ, Smolenciæ, Severiæ, Czerniechoviæq;
nec non Hæreditarius Dux Saxoniæ, et Princeps Elec-
tor. Generoso Ignatio Ludovico Nowicki Metrices
Regni Præfecto, et Secretario Nostro fideliter Nobis
dilecto Gratiam Nostram Regiam. Generose fide-
liter Nobis dilecte supplicatum Nobis fuit nomi-
ne, et pro parte Prosi Pauli Franciſci bini nominis
Jaroszewski Succamerarij Palatinatûs Plocen. acta
Publica ob debilem valetudinem suam adire non
valentis, quatenus Fidelitati Suæ ad Ipsum hic Var-
saviæ in residentia sua decumbentem cum actis
Metrices propter recognoscendas Tranſactiones per
Ipsum certas Donationes, sive Transactiones conde-
scendere conniederemus. Cui supplicationi benigne an-
nuendo, inhærendoq; Legibus Regni publicis conniedi-
mus Fidelitati Suæ cum actis Metrices Regni ad
residentiam prædicti Prosi Pauli Franciſci Jaro-
szewski Succamerarij Plocen. condescendendi, Do-
nationes, sive Transactiones per eundem recogno-
scendas ac delibata acta Metrices Regni susipien-
di, eaſdemq; dictis actis inscribendi, et ex ijsdem
Parti postulanti extradendi, secus Fidelitas Sua non

factura pro Gratia Nostra, et Officij Tui debito. In quo-
rum fidem Sigillum Regni est appressum Datum Var-
savia Die XV. Mensis Julij Annô Domini MDCCLIV.
Regni verò Nostri XXI Annô Ad Mandatum Sae Rae Mtis
proprium. Joannes Malachowski Supremus Regni Can-
cellarius mp. Locus Sigilli Majoris Cancellaria Re-
gni. Adalbertus Rakowski Sae Rae Mtis Sigilli Majo-
ris Regni Secretarius mp. Rescriptum ad Gnôsum
Præfectum Metrices Regni ut condescendat cum actis
ad Gnôsum Jaroszewski Succamerarium Palatinatûs
Plocen. pro suscipiendis Donationibus, sive Transactio-
nibus. Quas ejusmodi Literas Rescripti suprapti sic,
ut præmissum oblatas. Nos ad acta præsentia metri-
ces Regni suscipi, ijdem inseri, et Parti postulanti au-
thentice extradi, originale verò circa eadem Acta Me-
trices Regni relinqui permisimus. In quorum fidem
Actum Varsaviæ ut supra. Relatio Illustrissimi, et
Excellentissimi Domini Joannis Comitis in Konskie, et
Białaczew á Małachowice Małachowski Supremi
Regni Cancellarij Ostrolęcen. et Buzniovien. Capi-
tanei.

Actum Varsaviæ Feriâ Se-
cundâ post Festum Sanc-
ta Matris B. V. M. proximâ
Die scilicet vigesimâ nonâ
Mensis Julij Annô Domi-
ni.

ni Millesimô. Septin:
gentesimô, Quinquage:
simô, Quarto.

Oblata Privilegÿ super Assessoriatum
Judiciorum Sæ R. Mtis Jnoso Nicolao Mla:
chowski Capitaneo Opocnen collati.

Augustus III. etc. Significamus etc. Oblatas esse
ad acta præsentia Metrices Regni Cancellariæ Nostræ
Majoris Literas Privilegÿ super assessoriatum Judi-
ciorum Nostrorum Jnoso Nicolao Malachowski Capitaneo
Opocnen collati: qui juramentum in Prothocollo, et
actis Judicialibus connotatum juxta Rotham solitam
die hodierna in actu contenta judicialiter explevit:
manu Nostrâ subscriptas, et Sigillô Majoris Cancella-
riæ Regni communitas, sanas, salvas, et illæsas, omni-
que suspitionis nota carentes tenoris sequentis. Au:
gustus III. Dei Gratiâ Rex Poloniæ Magnus Dux
Lithuaniæ, Russiæ, Prussiæ, Masoviæ, Samogitiæ,
Kijoviæ, Volhyniæ, Podoliæ, Podlachiæ, Livoniæ, Smo-
lenskiæ, Severiæ, Czerniechovicæ, nec non Hæredita-
rius Dux Saxoniæ, et Princeps Elector. Significa-
mus præsentibus Literis nostris quorum interest,
Universis, et singulis. Quia Nos plenam relationem
habentes de perspecta in rebus gerendis prudentia
et dexteritate, optimaq: indole, ac præclaris animi
dotibus Jnosii Nicolai Malachowski Capitanei Opo:

cnensis

cnensis, qui virtutes Majorum suorum velut Jure he-
reditario acceptas, ita æmulatur ut illorum vestigi-
is provehendo, amplissima honorum fastigia consequi me-
reatur; virtutes itaq ipsius eximiæ quatenus in publico
magis elucescant, magisq ad gloriam Ejus maturescant,
faciendum esse duximus, ut eundem in numerum Assesso-
rum Judiciorum Nostrorum, quæ Proavus, et Pater ejus
Nomine Majestatico plausibiliter obibat, et obit, assume-
remus, et reciperemus prout assumimus, et recipimus
Dantes Eidem omnimodam facultatem Judicijs Nostris
assessorialibus assidendi, sensumque suum in causis
judicandis juxta dictamen conscientiæ aperiendi,
omnibusq prærogativis fruendi; Quod omnibus quorum
interest ad notitiam deducendo mandamus, ut Eund
Prõsum Nicolaum Malachowski Capitaneum Opo-
cnen. pro vero, et Legitimo Assessore habeant, et agno-
scant, pro Gratia Nostra. In quorum fidem præsen-
tes manu Nostra subscriptas Sigillõ Regni cõmu-
niri jussimus. Datum Varsaviæ Die XXVII. Mensis Ju-
lij Annõ Domini MDCCLIV. Regni verò Nostri XXII.
Anno Assessoriatûs Judiciorum Sæ Rãe mttis Prõso
Nicolao Malachowski Capitaneo Opocnen. confertur.
Augustus Rex. Locus Sigilli Majoris Cancellariæ
Regni Adalbertus Rakowski Sæ Rãe mttis Sigilli ma-
joris Regni Secretarius mp. A tergo earundem Lite-
rarum verba sunt hæc: Cancellariatu Illrmi, et Excel-
lentissimi Dñi Joannis Comitis in Konskie, et Biała-
czew à Malachowice Malachowski Supremi Cancel-
larij Regni Ostrołęcen. etc Capitanei Sigillatum.
Quas Ejusmodi Literas Privilegij sic ut præmissum obla-

tas Nos

tas Nos ad acta præsentia Metrices Regni suscipi, ijsdem: scribi, et ex ijsdem fideliter descripta Parti postulanti authenticè extradi, originale verò rursùs Offerenti restitui /: de quo recepto Cancellaria Nostra præsentibus quietatur :/ permisimus. In quorum fidem etc. Actum, et Relatio ut supra.

Actum Varsavia Feriâ Sextâ ante Festum B. V. Mariæ ad Nives, proximâ Die silicet Secundâ Mensis Augusti Annô Domini Millesimô, Septingentesimô, Quinquagesimô, Quartô.

Roborant Conventionem certam Magnificus Supremus Regni Cancellarius et Inosus Stephanus Kuciński.

Augustus III etc. Significamus etc. Quod coram Nobis, actisq; præsentibus Metrices Regni Cancellariæ Nostræ Majoris personaliter comparentes Mgcus Joannes Comes in Konskie, et Białaczew à Małachowice Małachowski Supremus Regni Cancellarius Ostrołęcenq, et Buczniovienq Capitaneus ab una, atq; Inosus Stephanus Kuciński olim Inosi Stanislai Kuciński cum olim Inosa Barbara Ozubkiewiczowna procreatus Filius, olim verò Inosi Nicolai Kuciński, et Marianne Młosolanka Conjugum

878

gum Nepos, olim autem Inosorū Georgÿ Kuiexiski, et Elisabetha Krasińska Conjugum Pronepos Parte ab altera sani mentibus, et corporibus existentes à Foro, Terris, Districtibus, et Jurisdictionibus suis quibusvis proprijs, et competentibus recedendo, præsentivè nostræ Regiæ se cum Bonis suis generaliter omnibus subÿcienclo, et incorporando sponte, palam, libere, ac per expressum recognoverunt, præsentibusquè recognoscunt. Quia Ipsi Conventionem certam hic Varsaviæ Die hesterna nempe prima Augusti Anno ad Præs. Currenţ ratione in eadem Conventione contentorum inter se Recognoscentes conscriptam, manibus ab utringˀ subscriptam, damnisq Terrestribus absq juramento corporali taxandis firmatam in omnibus ejus punctis, clausulis, articulis, nexibus, conditionibus, et ligamentis roborant, et ratificant, eidemquè Conventioni tam in toto, quàm in quavis minima Parte se se suis cum Successoribus satisfacere submittunt, præsentibusquè declarant: Idq sub damnis supra expressis in casu eidem Conventioni Contravenţionis, et in aliquo puncto non satisfactionis irremissibiliter succumbendis. Pro quibus quidem damnis taliter exinde succubitis, citata una Pars contraveniens ex Instantia alterius Partis Eandem Conventionem tenentis, et adimplentis, sive ejus Successorum ad Officium Castrense, sive ad Judicium Tribunalis Regni Petricovièn tenebitur suis cum Successoribus semper in primo Juris, Citationisq Termino peremptorie stare, Juri parere, et respondere compa-

rendoq

rendoq̃ damna prædicta succubita solvere, quibus so-
lutis nihilominus Eidem Conventioni ad præsens ro-
borata in toto satisfacere, ac omne judicatum illius
Officij, sive Judicij de Jure non exeundo pati, absquè
omni dilatione, exceptione, evasione, motione, et appel-
latione, earumquè modô quôvis prosecutione. Hîs
suîs personalibus Recognitionibûs ad præmissa medi-
antibus, in forma aliàs Roborationis plenissima
et de Jure perfectissima. Quam ÿdem Recognoscen-
tes manibûs suîs subscripserunt. Joannes Mata-
chowski Supr. R. Canc. Stefan Kuciński iako nieumie-
iący pisać kładzie znak Krzyża Swiętego X. Josephus Ric-
ciardetti iako Przyiaciel. Quam ejusmodi Roborationem
sic, ut præmissum fuit am Nos ratam, firmam, ac de Ju-
re validam habentes, haberique ab omnibus volentes ea
ad acta præsentia Metrices Regni suscipi, ÿsdem in-
seri, et ex ÿsdem fideliter descriptam Parti postulan-
ti authenticè extradi permisimus. In quorum fidem
Actum ut supra. Relatio Illrmi Excellmi, et Reümi Dni
Michaëlis Comitis de Granow Wodzicki Decani Cathlis
Cracovien. abbatis Commendatarij Cervenen. et Cla-
ræ Tumbæ Procancellarij Regni.

Sub eodem Actu

Roborant Conventionem certam Ma-
gnificus Supremus Rni Cancellarius, et
Josus Ricciardetti.

Augustus III etc. Significamus etc. Quòd coram Nobis
actisq̃ præsentibus Metrices Regni Cancellariæ Nostræ

Majoris

880.

Majoris personaliter comparentes Mgnus Joannes Comes in Konskie, et Białaczow á Małachowice Małachowski Supremus Regni Cancellarius Ostrolęcen, et Buzniovien Capitaneus ab una, atq Jnosus Josephus Ricciardetti Jnosi Francisci Ricciardetti Venatoris Pinscensis cum olim Jnosa Salomea Rozwadowska in secundo Matrimonij voto procreatus Filius, olim verò Jnosorum Michaëlis Rozwadowski, et Marianna Kuińska Conjugum Nepos, et olim Jnosorum Boguslai Kuińskii Castellanicda Jostinen, ac Theressie Rembowska Pronepos, olim verò Jnosorum Georgij Kuińskii Capitanei Krusvicien, et Elisabetha Krasińska Conjugum abnepos, suo, et Jnosorum Feliciani, Joannis, et Antonina Fratrum, et Sororis suorum Germanorum cum assistentia Jnosi Francisci Ricciardetti Parentis sui Nomine prout Frater natu Major parte ab altera sani mentibus, et corporibus existentes á Foro, Terris, Distinctibus, et Jurisdictionibus suis quibusvis proprijs, et competentibus recedendo, præsenti verò Nostra Regia se ad Bonis suis generaliter omnibus subijciendo, et incorporando sponte, palam, libere, ac per expressum recognoverunt, præsentibusque recognoscunt. Quia Ipsi Conventionem certam hic Varsaviæ Die hesterna nempe primâ Mensis Augusti Annô ad præsens currenti ratione in eadem Conventione contentorum inter se Recognoscentes conscriptam, manibus ab utrinque subscriptam damnisque Terrestribus absque juramento corporali taxandis firmatam in omnibus ejus punctis, clausulis, articulis, nexibus, conditionibus, et ligamentis, roborant, et ratificant, Eidemq conventioni tam in toto, quam

to quàm in quavis minima parte se se suis cũ Suc-
cessoribus satisfacere submittunt, præsentibusq́ decla-
rant; Idque sub damnis supra expressis in casu eidẽ
Conventioni contraventionis, et in aliquo puncto non sa-
tisfactionis irremissibiliter succumbendis. Pro quibus qui-
dem damnis taliter exinde succubitis Citata una Pars
contraveniens ex Instantia alterius Partis eandẽ Con-
ventionem tenentis, et adimplentis, sive ejus Successorũ
ad Officium Castrense, sive Judicium Tribunalis Re:
gni Petricoviensia tenebitur suis cum Successoribus
semper in primo Juris, Citationisquè Termino perempto-
riè stare, Juri parere, et respondere, comparendoquè
damna prædicta succubita solvere, quibus solutis ni-
hilominùs eidem Conventioni ad præsens roborata into-
to satisfacere, ac omne judicatum illius Officij, sive Judi-
cij de Jure non exeundo pati, absq́ omni dilatione, ex-
ceptione, evasione, motione, et appellatione, earum-
què modô quôvis prosecutione. Hîs suis personali-
bus Recognitionibus ad præmissa mediantibus. Infor-
ma aliàs Corroborationis plenissima, et de Jure perfe:
ctissima. Quam Ydem Recognoscentes manibûs su:
is subscripserunt. Joannes Małachowski Supremus
Regni Cancellarius mp. Franciszek Ricciardet-
ti mp. Jozef Ricciardetti mp. Quam ejusmodi Robora-
tionem sic, ut præmissum fatam, Nos ratam,
firmam, ac de Jure validam habentes, haberiquè
ab omnibus volentes eam ad acta præsentia Me:
trices Regni suscipi, ijsdem inseri, et ex ijsd. fide:
liter descripta Parti postulanti authenticè extradi
permisimus.

882 permisimus. In quorum fidem etc. Actum, et Relatio ut supra.

Sub eodem Actu

Cedit de Successione Gnosi olim Blasij Krasiński Capitanei Prasnicen. Gnosus Stephanus Kuciński Magnifico Supremo Regni Cancellario.

Augustus III. etc. Significamus etc. Quod coram nobis, Actisque præsentibus Metrices Regni Cancellaria Nostra Majoris personaliter comparens Generosus Stephanus Kuciński, olim Gnósi Stanislai Kuciński cum olim Gnósa Barbara Ozubkiewiczowna procreatus Filius olim verò Gnósi Nicolai Kuciński, et Marianna Mtosolanka Conjugum Nepos, olim autem Gnósi Georgij Kuciński, et Elisabetha Krasińska olim Mgci Stanislai Krasiński Palatini Plocen. Filia Conjugum Pronepos sanus mente, et corpore existens à Foro, Terris, Districtibus, et Jurisdictione sua quavis propria, et competenti renedendo, præsenti verò Nostro Regia Jurisdictioni se cum Bonis suis generaliter omnibus subijciendo, et incorporando sponte, palam, libere, ac per expressum recognovit, præsentibusque recognoscit. Quia Ipse de omni, et integro Jure suo, videlicet de omni, et integra Successione sua post sterile decessum olim G. Blasij Krasiński Capitanei Prasnicen in se Recognoscen Jure Divinô et naturali erga alios sui Consuccessores ex Capite supranu

te supranominata olim Gnosa Elisabetha de Krasiń-
skie olim Mgci Stanislai Krasiński Palatini Plocen:
sis Filia, Gnosi verò Georgij Kuzinski Consortis Proavia
sua devoluta, rebusq mobilibus, Clenodijs, argenteria,
Inventarijs documentisq generaliter omnibus Sub:
stantiam Krasińsciauam mobilem, et immobilem
evincentibus cum omni Jure, dominio, proprietate,
nihil sibi, suisq Successoribus Juris, Dominij, ac pro-
prietatis ex præmissis reservando, et excipiendo, ve:
rum totaliter, et plenarie prout præmissa Succes-
se Recognoscentem ex Capite suprafato concerne:
bat, Ipsiq Legitime serviebat jam exnunc, et de facto
Magnifico Joanni Comiti in Końskie, et Białaczow
á Matachowice Matachowski Supremo Regni Cancel-
lario Ostrolœcen, et Bucniovien Nro Capitaneo olim
Mgcorum Annæ de Lubomirskie primo Wielopolska
secundo voto olim Mgci Stanislai Matachowski
Palatini Posnanien Consortis Legitimo in secundo
Matrimonij Toro procreato Filio, olim verò Gnosi Ale-
xandri Capitanei Sandecensis Lubomirski Nepoti, olim
verò Mcorum Georgij supremi Regni Mareschalci, et
Constantiæ de Ligzy Conjugum Legitimorum Prin:
cipum Lubomirskich Pronepoti jam autem Mgcorum
Nicolai Ligza Castellani Sandomiriensis, et Sophiæ
de Krasińskie iticem Conjugum Legitimorum abne:
poti, Substantiæ quoquè Universalis Krasińsciana
erga alios Consuccessores Successori, Ipsiusquè Suc:
cessoribus cedit, et condescendit, omneq Jus suum
et integrum

et integrum in Personam ejusdem Mgci Supremi Regni Cancellarij Cessionarij sui ejusq Successorum ob praestitam sibi in præmissis plenariam satisfactionem transfert, transfundit, transmittit, et incorporat cum potestate plenaria eandem successionem vindicandi, eiectionem sufficientem ex re, et Persona sui suorumque Successorum Eidem Mgfico Supremo Regni Cancellario cavet. Hâc suâ personali Recognitione ad præmissa mediante. In forma aliàs Cessionis plenissima et de Jure perfectissima. Quam Idem Jnosus Recognoscens manu suâ subscripsit. Stefan Kwiński iako nieumiejący pisać kładzie Znak krzyża X. Jozef Ricciardetti iako Przyiaciel. Quam ejusmodi Cessionem sic ut præmissum fuit. Nos ratam, firmam, ac de Jure validam habentes, habericq ab omnibus volentes, eam ad acta præsentia Metrices Regni suscipi, ijsdem inseri, et ex ijsdem fideliter descriptam Parti postulanti authenticè extradi permisimus. In quorum fidem etc. Actum, et Relatio ut supra.

Sub eodem Actu

Cedit de Successione Jnosi Blasij Krasiński Capitanei Prasnicen. I. Josephus Ricciardetti Mgco Supremo Regni Cancrio Augustus III. etc. Significamus etc. Quòd coram Nobis, actisq præsentibus Metrices Regni Cancellaria Nostra Majoris personaliter comparens Jnosus Josephus

Josephus Ricciardetti Gnósi Francisci Ricciardetti
Venatoris Pinscensis cum olim Gnósa Salomea Rozwa-
dowska in secundo Matrimonij voto procreatus Filius
olim verò Gnósi Michaelis Rozwadowski, et Marianna
Kwińska conjugum Nepos, et olim Gnosi Boguslai
Kwińskí Castellanida Gostinensis, ac Theresiæ Rem-
bowska Pronepos, olim verò Gnósorum Georgij Kwiński
Capitanei Krusvicens, et Elisabethæ Krasińska olim
Mgci Stanislai Krasiński Palatini Plocens Filiæ Con:
jugum Abnepos suo, et Gnósorum Feliciani, Joannis
et Antoninæ Fratrum, et Sororis suorum germanorũ
cum Assistentia Gnósi Francisci Ricciardettí Parentis
sui nomine prout Frater natu major sanus mente,
et corpore existens ã Foro, Terris, Districtibus, et Ju:
risdictione sua quavis propria, et competenti re:
cedendo, præsenti verò Nostra Regia se cum Bonis
suis generaliter omnibus subijciendo, et inscrpo=
rando sponte, palam, liberè, ac per expressum reco-
gnovit, præsentibusq́ recognoscit. Quia Ipse de omni,
et integro jure suo, videlicet de omni, et integra suc:
cessione sua post sterilem decessum olim Gnósi Bla:
sij Krasiński Capitanei Prasnicens in se Recogno-
scentem jure Divino, et naturali erga alios sui Con-
successores ex capite supranominatæ olim Gnósæ
Elisabethæ de Krasińskie, olim Mgci Stanislai Kra:
siński Palatini Plocensis Filiæ, Gnósi verò Georgij
Kwiński Consortis Abavia sua devoluta, rebusq́
mobilibus, Clenodijs, Argenteria, inventarijs, Do:
cumentisq́ generaliter omnibus Substantiam
Krasinsciana

Krasińsciana m mobilem, et immobilem evincentibus cum omni Jure, dominio, proprietate, nihil sibi, suisq Successoribus Juris, Dominij, ac proprietatis, ex præmissis reservando, et excipiendo, verum totaliter, et plenariè prout promissa Successio se Recognoscente ex Capite suprafato concernebat, Ipsiquè legitimè serviebat jam ex nunc, et de facto Magnifico Joanni Comiti in Konskie, et Biataczow à Matachowice Matachowski Supremo Regni Cancellario Ostrolęcensi, et Buzniovien Capitaneo Nro olim Mgcorum Annæ de Lubomirskie primo Wielopolska, secundô votô olim Mgci Stanislai Matachowski Palatini Posnanien conjugis legitimæ in secundo Matrimonij thoro procreato Filio, olim verò Jnosi Alexandri Capitanei Sandecensis Lubomirski Nepoti, olim verò Mgcorum Georgij Supremi Regni Mareschalli, et Constantiæ de Liggzy Conjugum Legitimorum Principum Lubomirskich Pronepoti; Jam autem Mgcorum Nicolai Liggza Castellani Sandomiriensis, et Sophiæ de Krasińskie itidem Conjugum Legitimorum Abnepoti, Substantiæ quoquè universalis Krasińsciane erga alios Consuccessores Successori Ipsiusq Successoribus cedit, et condescendit omnequè Jus suum, et integrum in Personam ejusdem Mgci Supremi Regni Cancellarij Cessionarij sui Ejusquè Successorum ob præstitam sibi in præmissis plenariam satisfactionem transfert, transfundit, transmittit, et incorporat cum potestate plenaria eandem Successionem vindicandi. Evictionem sufficientem ex

re, et

re, et Persona sui suorumqui Fratrum, et Sororis
suprascriptorum Eidem Mgco Supremo Regni Can:
cellario cavet, ac pro ea se præsentibus inscribit. Hâc
suâ personali Recognitione ad premissa mediante, in
forma aliàs Cessionis plenissima, et de jure perfectis-
sima; Quam Idem Jnosus Recognoscens manu suâ
propriâ subscripsit. Franciszek Ricciardetti mp. Jo:
zef Ricciardetti mp. Quam ejusmodi Cessionem sic, ut
præmissum factam nos ratam, et firmam, ac de Jure
validam habentes, haberiqui ab omnibus volentes
eam ad acta præsentia Metrices Regni suscipi, ijsdem
inseri, et ex ijsdem fideliter descriptam Parti postu:
lanti authenticè extradi permisimus. In quorum
fidem etu. Actum, et Relatio ut supra.

Actum Varsavia Feriâ
Tertiâ ante Festum Assum:
ptionis in Calum B. V. Ma:
ria proximâ Die scilicet De:
cimâ Tertiâ Mensis Augusti
Annô Domini Millesimô, Se:
ptingentesimô, Quinquage:
simô, Quartô.

Manifestatur Jnosus Rembowski Nomi:
ne, et pro parte Nobilium Hintzow, et
Florkowzkich Conjugum, contra Nblem

Erbs

888.

Erbs Posta Magistrum Cracovien.

Augustus III. etc. Significamus etc. Quod coram Nobis actisque præsentibus Metrices Regni Cancellariæ Nostræ Majoris personaliter comparens Gnosus Joannes Rembowski Secretarius Noster uti, et tanquàm Plenipotens nobilium, et Spectabilium Balthasari Kintz, et Elisabethæ de Erbse, tùm Michaëlis Florkowski Consulum Cracovien, et Magdalenæ itidem de Erbse Conjugum, Nobilis Andreæ Erbs Posta Magistri Cracovien cum olim Nbli Catharina Lucinianka in priori Matrimonio procreatarum Filiarum Sororum inter se germanarum nomine, ac in rem, et ex speciali commisso eorundem Principalium suorum coram Actis præsentibus in omni Juris forma solennem fecit, et intulit Manifestationem, solenniterq protestatus, ac manifestatus est in et contra Eundem Nblem Andream Erbs Parentem respectivè Consortum de et super eo. Quia memoratus Nblis Erbs Parens amantissimus supradictos Nblés, et Spblés Principales sui Comparentis Plenipotentis videlicet Maritos circa elocationem Ipsis in Socias vitæ suprascriptarum Filiarum suarum, ad Subscriptiones Intercisarum, sive Contractum Antenuptialium pro velle, et benèplacito Ipsius conscriptorum, et inparatis copijs porrectorum ad abrenuntiationes, et quietationes de dote bonisquè simul omnibus Maternis, et Paternis unà

cum ijsdem

Consortibus suis superinduxit, et stimulavit. Qui ta:
liter superinduti existentes postquàm tandem
longè majorem dotem se suasquè Consortes ex
vi naturalis Successionis Maternæ quàm in præ:
dictis contractibus ante Nuptialibus illis demon:
strata, et appromissa fuerit, concernere debere benè
percontati fuerint, ac præsens quoquè Idem Nblis Erbs
ducens in Uxorem Secundo voto Nblem Susannam
Wysocka nullam dotem ad eum importantem Ipsi
tamen Summam viginti Millium florenorum Po.
lonicalium modo simplicis debiti inscripsit, ac ta:
liter Universam Substantiam suam, et Principa:
lium sui Comparentis plus justo onerawit, Ipsos:
què ejusmodi inscriptione enormissimè læsit, per.
indequè se Maritos, et suas Consortes, Prolemquè
cum eis Divina Benedictione susceptam tali super.
inductione, inscriptioneq̃ moderna Conserti suæ
facta summopere læsos, injuriatos, ac circumventos
senserint extunc ad asillum Sanctæ justitiæ, et Su:
premum Regni subsellium Autorum præsentium
Recurrentes, providendo omnimodæ integritati
Substantiæ suæ tam Maternæ jam devolutæ, quæ
et quantæ apparuerit, quàm et Paternæ post sera
fata supradicti Nobilis Erbs Parentis sui amantis-
simi in Personas Principalium sui Comparentis
Plenipotentis, ac eorum Successorum devolvendæ
de ejusmodi Ipsorum singulorum enormi læsione
ac de insubsistentia quinimo de nullitate s: quò ad
Bona duntaxat:/ memoratorum Contractuum an:
tenuptialiũ

tenuptialium abrenuntiationum, et quietationum sub actibus suis inscriptarum sivè coatè inscribendarum, tum quoquè supranominata Inscriptionis Nobili de Wysockie Erbsowey Consorti sua moderna facta iterum, atquè iterum quàm solennissimè manifestatur, et protestatur, salvamquè eisdem quibus supra Principalibus suis eorumq́ Successoribus Substantia materna, et Paterna quæ Ipsos de Jure concernit concernere debet, suoq́ tempore pro Jure, et justitia spectare debebit â Quo, et ubi de Jure venerit vindicationem, et de nullitate quorumvis præfatorum Actuum, ac præsertim læsiva pro Noverca eorum Inscriptionis facta liberam actionem reservat, et præcustodit, salvâ quoquè ejusdem Manifestationis, et Protestationis augendi, minuendi, corrigendi, vel alterius in locum præsentis porrigendi supramemoratis Nblibus, et Spblibus Principalibus suis reservata facultate Quam suprafatus Plenipotens manu propriâ subscripsit. Joannes Rembowski uti Suprascriptorum N. et S. Klintzow et Florkowskich Plenipotens mp. Quam ejusmodi Manifestationem sicut præmissum factam Nos ad Acta præsentia Metrices Regni suscipi ijsdem inseri, et Parti postulanti ex ijsdem fideliter descriptam authenticè extradi permisimus. In quorum fidem etc. Actum ut supra Relatio Illrmi, et Excellmi Dni Joannis Comitis in Konishie, et Biataczew â Matachowice Matachowski

chowski Supremi Regni Cancellarij Ostrolęcen. et Buczniovien Capitanei.

Actum Varsaviæ Feriâ Quartâ ante Festum S. Bartholomæi Apli, proximâ Diei licet, Vigesimâ Primâ, Mensis Augusti, Annô Domini Millesimô, Septingentesimô, Quinquagesimô, Quartô.

Oblata Privilegij Consiliariatûs, et Medici Regij Nbli Laurentio Martucci servientis.

Augustus III. etc. Significamus etc. Oblatas esse ad acta præsentia Metrices Regni Cancellariæ Nostræ Majoris Literas Privilegij super munus Consiliarij, et Medici Nostri Nbli Laurentio Martucci servient, manu Nostra subscriptas, et Sigillô Minoris Cancellariæ Regni communitas sanas, salvas, et illæsas, omnique suspitionis notâ carentes, tenoris sequentis. Augustus Tertius Dei Gratiâ Rex Poloniæ, Magnus Dux Lithuaniæ, Russiæ, Prussiæ, Mazovia, Samogitiæ, Kijoviæ, Volhyniæ, Podoliæ, Podlachiæ, Livoniæ, Smolenciæ, Severiæ, Czerniechoviæque; Nec non Hæreditarius Dux Saxoniæ, et Princeps Elector. etc. Significamus præsentibus Literis Nostris quorum interest Universis, et singulis. Quia Nos Testimonio Consiliariorum Lateri Nostro Asistentium commendatam habentes capacitatem atq scientiam Nobis Laurentij Martucci, artis Phisicæ Doctoris, Patentibus Literis Pragensis Universitatis sub Die Secunda Mensis Julij

892. sis Julij Annô Millesimô, Septingentesimô, Quinqua:
gesimô, Secundô. insigniti, certificationibusque debitis
muniti faciendum esse duximus, ut Eundem in numerum
medicorum aulæ nostræ assumeremus, et adscribere=
mus, Titulòque Consiliarij Aulici ornaremus, prout
præsentibus Literis Nostris assumimus, adscribimus,
et ornamus, dantes, et concedentes Eidem plenariam
facultatem, et omnimodam potestatem, omnibus
Juribus, Privilegijs, Immunitatibusque, quibus ca:
teri actuales Consiliarij, Mediiq̃ aulæ nostræ gau:
dent, et fruuntur, gaudendi, atque fruendi. Quod omni-
bus quorum interest præsertim verò Magnificis Supre:
mis Mareschalcis, et Cancellarijs Regni Nostri, et Ma:
gni Ducatûs Lithvaniæ, cæterisque Judiciorum, et offi:
ciorum quorumvis subsellijs notum esse volentes man-
damus, ut præfatum Nblem Laurentium Martucci
Medicinæ Doctorem abhinc pro vero, et legitimo Con-
siliario ac Medico Nostro Auriali habeant, agnoscant,
et nominent, Eundemque omnibus Juribus Faculta:
tibus, Privilegijs Immunitatibusque sibi convenien-
tibus gaudere, et frui permittant. Pro Gratia Nostra
et Officiorum suorum debito. In quorum fidem pre:
sentes manu Nostrâ subscriptas Sigillô Regni com=
muniri jussimus. Datum Varsaviæ Die XVII Men=
sis Augusti Annô Domini MDCCLIV. Regni ve=
rò Nostri Annô XXI. Munus Consiliarij, et Medici
Regij Nbli Laurentio Martucci datur. Augustus
Rex. Locus Sigilli Minoris Cancellariæ Regni
Joannes

Joannes Kłossowski Canonicus Cathlis Premislien
Sae Rae mttis Sigilli Regni Secretarius mp. á tergo ea-
rundem Literarum verba sunt hæc: Prolancellaria:
te Illrmi, Excellmi ac Reu^mi Dni Michäelis Comitis
de Granow Wodzicki Decani Cathedralis Cracoviensis
abbatis Commendatarij Cervenensis, et Claræ Tum-
bæ, Prolancellarij Regni Sigillatum. Quas ejusmo-
di Literas Privilegij sic, ut præmissum oblatas. Nos
ad acta præsentia Metrices Regni suscipi, ijsdem
inscribi, et ex ijsdem fideliter descripta Parti postu:
lanti authenticè extradi, originale rursùs offeren:
ti restitui / de quo recepto Cancellaria Nostra pre:
sentibus quietatur / permisimus. In quorum fidem
Actum, et Relatio ut supra.

Actum Varsavia Feriâ Quintâ
Ipso Die Festi Decollationis
S. Joannis, Die scilicet Vigesi:
mâ Nonâ Mensis Augusti An:
nô Domini Millesimô, Septingen:
tesimô, Quinquagesimô, Quartô.

Oblata Juris Emphiteutici super Bona Schoen:
wald Gnosis Steinom Conjugibus servientis.
Augustus III. etc. Significamus etc. Oblatas esse ad acta
præsentia Metrices Regni Cancellaria nostra Majoris
Literas Juris Emphiteutici super Bona Schoenwald Gno-
sis Steinom Conjugibus servientis manu nostrâ sub:
scriptas, et Sigillô Majoris Cancellaria Regni com:
munitas sanas, salvas, et illæsas, omnig suspitionis
nota

894 notâ carentes tenoris sequentis Augustus Tertius Dei
Gratiâ Rex Poloniæ Magnus Dux Lithuaniæ, Russiæ,
Prussiæ, Masoviæ, Samogitiæ, Kijoviæ, Volhyniæ Podoliæ,
Podlachiæ, Livoniæ, Smolenciæ, Severiæ, Czerniechoviæ-
que, nec non Hæreditarius Dux Saxoniæ, et Princeps
Elector. Significamus præsentibus Literis nostris quo-
rum interest Universis, et Singulis. Quòd licet quidem
Bona nostra Schoenwald dicta ad Oeconomiam Nostra
Rogosinensem spectantia, tanquàm avulsa post fata
Jnósi Petri Kczewski Stanislaviensis Capitanei, ei-
dem Oeconomiæ rursùs reuniri, et incorporari man-
davimus, et ordinavimus; Nihilominùs habitâ ratio-
ne meritorum Jnósi Dominici Wolffgangi Baronis de
Stein Camerarij, et Vicecolonelli Nostri, tùm et ex alijs
certis rationibus animum Nostrum permoventibus
faciendum esse duximus, ut Ipsi prædicta Bona Scho-
enwald, pertinentiasque eorum Villas Jankowice, Bto-
nowo, et Wydrzno daremus, et conferremus, prout quidē
Illi, et Conjugi ejus Legitimæ Jnósæ Carolinæ de Berlepsch
Successoribusque, et Hæredibus Eorum quibusvis, vel ab
intestato, vel vigore Testamenti post fata Eorum Suc-
cedentibus prænominata Bona Schoenwald cum Vil-
lis supra expressis Jure Emphiteutico ad decursum
Quadraginta annorum immediatè se se invicem à
Festo S. Joannis Baptistæ Anni præsentis Millesi-
mi, Septingentesimi, Quinquagesimi, Quarti subse-
quentium damus, et conferimus cum omnibus præ-
dijs, fundis, agris, pratis, campis, pascuis, sylvis,
nemoribus

nemoribus, lacubus, stagnis, piscinis, fluvijs, fluminibus,
molendinis, Tabernis, curijs, ædificijs, Subditis, Inquilinis,
eorumque laboribus, censibus, proventibus, commodis, et uti-
litatibus, attinentijsq et pertinentijs generaliter Uni=
versis, eo antiquitus spectantibus occupanda, teneda, et
possidenda, idq cum libera facultate, et plenaria pote-
state eadem Bona cuivis cedendi, et alienandi eum in
modum ut nulla alia Cessionis, vel alienationis ap-
probatione opus habeat, sed præsens Privilegium locò
Confirmationis Nostræ semper valere debeat. Ratione
cujus Emphiteusis in recognitionem Dominij Nostri
locò Census annui viginti florenos Bonæ Prutheni-
cæ Moneta ad arcem Nostram Rogosinensem quotan-
nis pro Festo S. Martini Ipsi, et Successores, vel Cessiona-
rij Eorum solvere, tùm solitam Quartam partem pro-
ventuum ad Thesaurum Regni inferre tenebuntur.
Promittimus autem pro Nobis, et Serenissimis Succesio-
ribus Nostris, Non esse Nos, neque Serenissimos Suc:
cessores Nostros memoratos Inclytos Barones de Stein
Eorumque Hæredes, et Successores, vel quosvis Cessio-
narios ab usu, et pacifica possessione prædictorum Bo:
norum Schoenwald amoturos, aut alienaturos, nec ali-
enandi, aut amovendi potestatem daturos, sed circa me:
moratum Jus, Privilegiumque præsens Possessioni, et usui
per quadraginta annos serviens inviolabiliter conser-
vaturos, Quòd et Serenissimi Successores Nostri præsta-
bunt. Juribus Nostris Regalibus Reipublicæ Ecclesiæq
Romano-Catholicæ Salvis manentibus. In quorum fi:
dem præsentes manu Nostrâ subscriptas, Sigillo Re:

gni

gni communiri jussimus. Datum Varsaviæ Die XII. Mensis Augusti Anno Domini MDCCLIV. Regnivè Nostri XXI. Anno Emphyteusis super Bona Schoenwald dicta ad Oeconomiam Rogosinensem spectantia Jnsis Dominico Wolffgango Baroni de Stein Sae Rae Mtis Camerario, et vicecolonello, et Carolino de Berlepsch Conjugibus ad annos quadraginta serviens. Augustus Rex Locus Sigilli Majoris Cancellaria Regni. Adalbertus Rakowski Sae Rae Mtis Sigilli Majoris Regni Secretarius mp. á tergo earund Literarum verba sunt hæc. Cancellariatu Illrmi, et Excellmi Dñi Joannis Comitis in Koñskie, et Bialaczow á Małachowice Małachowski Supremi Cancellarij Regni Ostrolęcenę etc Capitanei Sigillatum. Quas ejusmodi Literas, sic ut præmissum oblatas Nos ad Acta præsentia Metrices Regni suscipi ÿsdem inseri, et Parti postulanti authentice extradi, originale verò rursùs offerenti restitui ſ: de quo recepto Cancellaria Nostra præsentibus quietatur ſ: permisimus. In quorum fidem & Actum ut supra. Relatio Ejusdem Illrmi, et Excellmi Supremi Regni Cancellarij

Actum Varsavia Feriâ Tertiâ post Festum S. Agidÿ Abbatis proximâ Die scilicet Tertiâ mensis Septembris Annô Domini Millesimô, Septingentesimo,

tesimô. Quinquagesimô
Quartô.

Oblata Privilegÿ Juris Caduci super Bonis Dębowa Łąka Jnoso Joanni Sikorski collati.

Augustus III. etu. Significamus etu. Oblatas esse ad Acta præsentia Metrices Regni Cancellariæ Nrę Majoris Literas Privilegÿ Juris Caduci super Bonis Dębowa Łąka Jnóso Joanni Sikorski collati, manu Nostrâ subscriptas, et Sigillô Majoris Cancellariæ Regni communitas, sanas, salvas, et illæsas, omniquè suspitionis nota carentes tenoris sequentis. Augustus Tertius Dei Gratiâ Rex Poloniæ, Magnus Dux Lithuaniæ, Russiæ, Prussiæ, Masoviæ, Samogitiæ, Kijoviæ, Volhyniæ, Podoliæ, Podlachiæ, Livoniæ, Smolenscia, Severiæ, Czerniechoviæq, nec non Hæreditarius Dux Saxoniæ, et Princeps Elector. Significamus præsentibus Literis Nostris quorum interest Universis, et singulis. Quia nos habitô respectu meritorum Jnósi Joannis Sikorski Capitani in Exercitu Gallico faciendum esse duximus, ut Ipsi Bona Dębowa Łąka cum attinentijs, et novis Colonis in Palatinatu Culmensi sita, quondam Jnósorum Bębołęckich hæreditaria, ad præsens verò sine certo Hærede existentia, et non nisi per Eundem Jnósum Sikorski in Juribus suis possessa ad Fiscum, et Dispositionem Nrâm Regiam ob non existentiam Hæredis devoluta, Jure Caduco daremus, et conferremus, uti quidem per præsentes

898. per præsentes Jure perpetuo, et irrevocabilis Donati-
onis titulo damus, et conferimus, ita ut prærecen-
sita Bona Dębowa Łąka cum omnibus attinen-
tijs, et pertinentijs, Novisquè Colonis prout ea nunc
in juribus suis tenet, et possidet Jure hæreditario
cum pleno dominio teneat, habeat, et possideat, ac
in suos suorum Successorum usus beneplacitos con-
vertat perpetuò, et in ævum. Quod omnibus quorum
interest præsertim verò Officijs Terrestribus, et Castren-
sibus sub quorum Jurisdictione prædicta Bona con-
sistunt, notum esse volentes mandamus ut præfata
Bona Dębowa Łąka ad primam requisitionem
Gnōsi Joannis Sikorski Eidem in possessionem hæ-
ditariam tradant, curentquè, ut sine quavis mora
et difficultate dictis Bonis taliter sibi Jure Ca-
duco à Nobis benigniter datis potiatur. Pro Gra-
tia Nostra Officiorumquè suorum debito. In quo-
rum fidem præsentes manu Nostrâ subscriptas,
Sigillō Regni communiri jussimus. Datum Varsa-
viæ Die XXX Mensis Augusti Annō Domini MDCCLV
Regni verò Nostri XXI. Anno. Bona Dębowa Łąka
cum attinentijs, et Novis Colonis in Palatinatu Cul-
men sitō quondam Gnōsorum Dębołęckich hæredita-
ria ad præsens per Gnōsum Joannem Sikorski Capita-
num in Exercitu Gallico in Juribus suis possessa
ad Fiscum Regium devoluta, Eidem Gnōso Sikorski
Jure Caduco dantur. Augustus Rex. Locus Sigilli
Majoris

majoris Cancellaria Regni. Adalbertus Rakowski Scæ Rꝛ
Mtis Sigilli Majoris Regni Secretarius mp. á tergo
earundem Literarum verba sunt hæc: Cancellaria:
tu Illrmi, et Excellmi Dñi Joannis Comitis in Koni:
skie, et Białaczow á Małachowice Małachowski Su:
premi Regni Cancellarij Ostrolęcen: etc Capitanei.
Quas ejusmodi Literas Privilegij sic ut præmissum
oblatas Nos ad acta præsentia Metrices Regni susci.
pi, ijsdem inseri, et ex ijsdem fideliter descriptâ Par.
ti postulanti authenticè extradi, originale verò rur.
sus Offerenti restitui /: de quo recepto Cancellaria
nostra præsentibus quietatur :/ permisimus. In quo.
rum fidem etc. Actum ut supra Relatio Illrmi
Excellmi, et Rndmi Dñi Prosancellarij Regni.

Sub eodem Actu.

Roborat Scriptum certum I. Stepha: nus Kuciński.

Augustus Tertius etc. Significamus etc. Quomodo
coram Nobis, Actisq præsentibus Metrices Regni Cancel:
lariæ Nostræ Majoris personaliter comparens Prosuste:
phanus Kuciński sanus mente, et corpore existens á
Foro, Terris, Districtibus, et Jurisdictione sua quavis
propria, et competenti renedendo præsenti verò No:
stra Regiæ se cum Bonis suis generaliter omnibus
subijciendo et corporando sponte, palam, liberè, ac
per expressum recognovit, præsentibusque recogno:
scit. Quia

scit. Quia Ipse scriptum certum die hodierno in actu contento in rem, et Personam Mgci Joannis Comitis in Koniskie, et Białaczew à Małachowice Małachowski Supremi Regni Cancellarij Ostrolęcen: et Bucniowien: Capitanei conscriptum, Cruce in vim Subscriptionis per Eundem Ipsum Comparentem signatum, et per Ipsum Andream Kuizinski Fratrem memorati Ipsi Stephani Kuizinski tanquàm Testem praesentem manu directa subscriptum ratione in eodem scripto contentorum, et expressorum in omnibus ejus punctis, clausulis, articulis, nexibus, et ligamentis roborat, et ratificat, Eidemque scripto tam in toto, quàm in quavis minima parte ejus se se suis cum Successoribus satisfacere submittit praesentibusq; declarat. In casu verò Eidem scripto Contraventionis, et in aliquo puncto non satisfactionis Citatus existens ad Officium Castrense, sive Judicium Tribunalis Regni Petricoviensia tenebitur suis cum Successoribus semper in primo Juris, Citationisq; Termino peremptorie stare, Juri parere, ac omne judicatum illius Officij sive Judicij pati. Hâc suâ personali Recognitione ad praemissa mediante In forma aliàs Roborationis plenissima, et de Jure perfectissima. Quam in vim subscriptionis Idem Ipsius Recognoscens Crucem signavit. Stefan Kuiński piorem trzymanym ktadę na to Znak Krzyża S. t. Quam ejusmodi Roboratio-

nem sic

nem, sic, ut præmissum Scitam Nos ratam, firmam, ac de Jure validam habentes, haberi- que ab omnibus volentes eam ad Acta præsentia Metrices Regni suscipi, ijsdem inseri, et ex ijsd fideliter descripto Parti postulanti authenticè extradi permisimus. In quorum fidem etc Actum ut supra. Relatio Illrmi, et Rmi Dni Procancel: larij Regni.

Actum Varsavia Sabba: tho in Vigilia Festi Nati: vitatis B. V Maria Die xi: licet Septimâ Mensis Septe: bris Annô Domini Millesimô, Septingentesimô, Quinqua: gesimô, Quartô.

Donat Curiolam Varsavia sitam J. Prze: gorzewski Castellanus Ciechanovien. J. Io: anni de Raab Capitano Guardia pedestris.

Augustus Tertius etc. Significamus etc. Quod ad supplicationem Josi Vladislai Przegorzewski Ca: stellani Ciechanoviensis ob adversam valetudinem acta publica adire non valentis Josum Ignati- um Ludovicum Nowicki Metrices ~~Metrices~~ Majoris Cancellariæ Regni Projectum, et Secretarium No- strum deputassemus, utque cum actis Metrices Re: gni ad Bona ejus in quibus residet condescenderet

Rescripto

Rescripto Nostro sub Die XVII mensis Julij anni ad
præsens currentis emanato permisijsemus. Is Idem
Jnosus Deputatus Secretarius Noster functus officio
suo palam, publicèq recognovit. Qualiter die hodi-
erna in Actu contenta ad Bona Czestoniowo in
Terra Cernen sita, in quibus suprafatus Jnosus
Vladislaus Jrzegorzewski Castellanus Ciechanovi-
en residet, condescendit, et quomodo coram Co-
dem Jnoso Deputato Secretario nostro, actisq
præsentibus Metrices Regni Cancellariæ Majoris
comparens personaliter sæpefatus Jnosus Vladislaus Jrze-
gorzewski Castellanus Ciechanovien corpore quidem
ob Senectutem suam debilis, mente tamen sanus exi-
stens à Foro, Terris, Districtibus, et Jurisdictione sua
quavis propria, et competenti recedendo, præsentiq:
rò Nrâ Regiæ se cum Bonis suis generaliter omni-
bus subijciendo, et incorporando, sponte, palam, li-
berè, ac per expressum recognovit. Quia Ipse inhæ-
rendo Contractui Resignatorio Curiæ suæ propriæ
Varsaviæ in Platea Kozia vocitata sitæ, et in fun-
do Censuali Ecclesiæ varsavien Sancti Georgij in-
ter Curias ex una parte Jnosi Mogilnicki Capi-
tanei Nieszaviensis ex altera verò parte Jnosæ
Daquenes Viduæ Jacentes inter se Recognoscen-
tem, et Vnblem Antonium Jrzegorzewski U. J. Dem
in Ecclesia Cathedrali Posnaniensi Archidiaconum
varsaviensem ab una, atque Jnosam olim Cathari-

nam

nam de Pensar Jnósi Joannis Caroli bini Nominis
de Raab Capitani Juardiæ Pedestris Nrœ, et Reiplœ
Consortem, parte ab altera Varsaviæ Die Nonâ Men-
sis Maij 1745. Annô conscripto manibusquè tàm
moderni Recognoscentis quàm et suprafati Vnblis
Antonÿ Jrzegorzewski subscripto, et ad acta Advo-
catialia Junctorum Ecclesiæ Sancti Georgÿ Varsa:
vienę sub Die 31. Mensis Julij 1749. Annô per obla-
tam porrecto, tum venditioni ejusdemmet Curiolæ
nomine moderni Recognoscentis per prædictum Ven
Jrzegorzewski in Personam prafatæ Jnósæ Catha:
rinæ de Pensar Jnósi Joannis de Raab Consortis co-
ram actis advocatialibus, et Scabinalibus eorun
Junctorum Ecclesiæ S. Georgÿ sub actu Varsaviæ Sab-
batho in Crastino Festi Visitationis B.V.Mariæ Die
scilicet Tertiâ Mensis Julij 1745. Annô recogni-
ta; Nec non Resignationi mediante Consensu Vene
et Rlsi Laurentÿ Osuchowski Canonici Regula:
ris, et Ejusdem Ecclesiæ S. Georgÿ Præpositi Var-
saviæ Die 17. Januarÿ 1750. Anno ad alienandæ
dato medietatis suprafatæ Curiolæ ad Jnósos Jo:
annem Majorem Exercitûs nostri Saxonici, et
Henricum de Ponsary Primum Præfectum Exer
citûs Magni Ducatûs Subaudiæ supradicto Jnó:
sæ Catharinæ Fratris viâ Successionis erga
alteram medietatem ejusdem Curiæ Testamenta:
ria dispo:

ria dispositione olim dicta Pnōa Catharina de Pensary Raabowa in Personam ejusdem Pnōsi Joannis Caroli de Raab Capitani Juardiæ Nostræ et Rplcæ jam verò Mariti sui donatam devolutæ per eundem Pnōsum Joannem de Pensar Majorē suo, et Pnōsi Henrici Fratris sui germani nomine vigore Plenipotentiæ de actu ipsius Steiliginberga Die 15. Mensis Octobris 1749. Annō datæ, et inscriptæ coram Præfectura Dresdensi sub Die 19. Mensis Octobris 1751. recognitæ, et in possessione totiēs dicti Pnōsi Joannis Caroli de Raab existentis jam exnunc, et de facto evincendo suprafatum Vnblem Antonium Grzegorzewski Curiam supradictam ligneam cum structuris, et ædificijs tam muratis, quàm ligneis, atque horto inter suprafatas vicinitates sitam in fundo Censuali Ecclesiæ S. Georgij Varsaviensi iacentem sui Recognoscentis propriā, et hæreditariam ita latè, longè, et circumferentialiter prout ad præsens extat, et cum horto, et in postico Curiola Pnōsi Mogilnicki Capitanei Nieszaviensis protendente Pnōso Joanni Carolo de Raab Capitaneo Juardiæ Nrō, et Rplcæ ejusquè Successoribus vendit, dat, donat, et in perpetuum resignat nihil sibi, suisq Successoribus Juris, aut prætensionis ad dictam Curiam reservat, vel excipit, sed totum Jus quod, et quale sibi Recognoscenti servit

versùs

ti servit, et competit in Personam sæpedicti Prosi
Joannis Caroli de Raab, Successorumque Ejus trans-
fert, et derivat. Intromissionem actualem cum pa-
cifica possessione ad dictam Curiam dandam, et
conferendam admittit, sequi ratione empti, et ven-
diti hujuscè Curiæ satisfactum esse fatetur. Qua
propter eidem Prôso Joanni Carolo de Raab tui-
tionem, et evictionem omnimodam ab omnibus
quibuscunq́ impedimentis ex re, et occasione præ-
fatæ Curiæ oriundis cavet, et se respectu ejusdem
evictionis in et super omnibus Bonis suis, et Sum-
mis inscribit, et assecurat idquè sub damnis Ter-
restribus simpliciter absquè juramento corporali
taxandis. Pro quibus Casu non præstitæ evictionis
ad forum competens Citatus existens, aut Succesco-
res ejus Citati semper in primo Citationis Termi-
no tanquàm peremptorio stare, Juri parere re-
spondere judicatum pati, damnaquè Terrestria
succubita solvere, et nihilominus Inscriptioni præ-
senti Donatariæ in toto, et per omnia satisfacere
suis cum Successoribus /: semotîs omnibus Juris dif-
fugijs, et protellationibus :/ debebit, et tenebitur
hâc suâ personali Recognitione ad præmissa
mediante. In forma aliàs Inscriptionis Donata-
riæ Resignatoriæ, et evictionis de Jure plenissima
et perfectissima; Quam pro majori firmitate Idè
Prôsus Recognoscens manu propriâ subscripsit.

W. Przegoněçki

W. Przegorzewski K. C. Quam ejusmodi Secretarij Nostri Deputati Relationem, factamq ut premissum est Donationem Nos firmam, ac de Jure validam habentes, habereq ab omnibus volentes, eam ad Acta praesentia Metrices Regni suscipi, ijsdem inseri, et Parti postulanti fideliter descriptam authentice extradi permisimus. In quorum fidem etc. Actum ut supra etc. Relatio Illrmi Excellmi et Rndssmi Dni Procancellarij Regni.

Sub eodem actu.
Oblata Rescripti Deputationis

Augustus III. etc. Significamus etc. Oblatas esse ad acta praesentia Metrices Regni Cancellaria Nostra Majoris Literas Rescripti infrascripti Sigillo Regni communitas tenoris sequentis August Trzeci z Bożey Łaski Krol Polski, Wielki Xiąże Litewski, Ruski, Pruski Mazowiecki, Żmudzki, Kijowski, Wołyński, Podolski, Podlaski, Inflantski, Siewierski, Czerniechowski, á Dziedziczny Xiąże Saski, y Elektor. Urodzonemu Ludwikowi Ignacemu Nowickiemu Metrykantowi Koronnemu Sekretarzowi Naszemu wiernie Nam miłemu. Urodzony wiernie Nam miły. Doniesiono Nam iest przez Pany Rady Nasze Imięniem Wielmożnego Władysława Przegorzewskiego Kasztelana Ciechanowskiego, iż dla podeszłego życia swego wieku á ztąd słabego zdrowia swego wyiechać z domu ad acta publica niemoże; Supplikowano tedy Nam iest, abyśmy Wiernosci Twoiey doiechać do niego cum actis Metrices Regni pozwolić raczyli; My tedy stosuiąc się w tey mierze do Prawa pospolitego

spolitego z zwykley Naszey ku pomienionemu Wielmo-
żnemu Kasztelanowi Ciechanowskiemu Łaskawosci po:
zwalamy Wiernosci Twoiey abyś z Metryką Koronną
do dobr rezydencyi Jegoż Wielmożnego Kasztelana Cie:
chanowskiego doiechał, y wszelkie Tranzakcye, y Zapisy
ktore zeznawać będzie według Prawa do akt Tey że
Metryki Koronney przyiął, y wpisał, inaczey dla Ła:
ski Naszey, y powinnosci swoiey nieczyniąc. Datt w
Warszawie Dnia XVII Miesiąca Lipca Roku Pańskie:
go MDCCLIV. Panowania Naszego XXI. Roku. Na wła:
sne J.K.Mci P.a Mitt Rozkazanie. Jan Małachowski
Kanclerz W. Koron. mp. Mieysce Pieczęci Większey Ko:
ronney. Woy: Rakowski J.K.Mci y Pieczęci W.K. Sekr:
tarz mp. Reskrypt Urodzonemu Ludwikowi Ignace:
mu Nowickiemu Metrykantowi Koronnemu, abym ogt
z Metryką Koronną do Dobr Rezydencyi W. Włady-
sława Grzegorzewskiego Kasztelana Ciechanowskie-
go wieku podeszłego, y zdrowia słabego dla przy:
ięcia Tranzakcyi od niego doiechać dany. Quas ejusmo-
di Literas Rescripti suprascripti, sic, ut præmissum
oblatas, nos ad acta præsentia Metrices Regni susci pi,
ijsdem inseri, et Parti postulanti authenticè extradi
originale verò circa acta Metrices Regni relinqui per-
misimus. In quorum fidem etc. Actum, et Relatio ut
supra.

Actum Varsaviæ Feriâ Sextâ
pridie Festi Exaltationis S.æ Cru:
cis Die scilicet Decimâ Tertia
mensis Septembris, Annô Do:
mini,

ni Millesimô, Septingentesimô,
Quinquagesimô, Quartô.

Constituit Plenipotentem Mgfcus Wolski
Castellanus Lublinensis.

Augustus III. etc. Significamus etc. Quòd coram Nobis, Actisque praesentibus Metrices Regni Cancellario Nostro Majoris personaliter comparens Mgfcus Josephus in Uher, et Niedrzwica Wolski Castellanus Lublinen, sanus mente, et corpore existens à Foro, Terris, Districtibus, et Jurisdictione sua quavis propria, et competenti recedendo praesenti verò Nostra Regia Jurisdictioni se cum Bonis suis generaliter omnibus quò ad infra recognoscenda attinet, subjiciendo et incorporando sponte, palam, liberè, ac per expressum recognovit, praesentibusque recognoscit. Quia Ipse Josephum Antonium Kurzyński in suum, verum, Legitimum, ac indubitatum Plenipotentem eligit, constituit, facit, inscribit, et solenniter ordinat dans, et concedens Ipsi plenariam facultatem, omnimodamq potestatem Causas sui Recognoscentis Judiciarias generaliter omnes, et singulas cum quibusvis Personis occasione cujusvis negotij in Officio, et Judicio Majoris, minorisve Subsellij habitas, et habendas, institutas, et instituendas promovendi, defendendi, Jure tuendi, comparitiones inscribendi, Decreta suscipiendi, à con-

trarijs appellandi, seu movendi, juramenta attentandi, panas judiciarias levandi, de levatis quietandi, intromissiones in Bona offerendi, et apprehendendi Executiones urgendi, attentandi, arresta imponendi, caeteraquè pro Causarum, et negotiorum exigentia debito Legis ordine peragendi, et exequendi, alios Plenipotentes cum simili, vel limitata facultate substituendi; offerendo se omnia per Ipsum juridicè, et legitimè peracta pro rato, et valido suscepturum. Quam Plenipotentiam ad Triennium duraturam Idem Mgcus Recognoscens manu suâ subscripsit. Josephus Wolski Castellanus Lublinensis mp. Quam ejusmodi Plenipotentiam sic, ut praemissum Saltam Nos ratam, firmam, ac de Jure validam habentes, haberiqueab omnibus volentes, eam ad acta praesentia Metrices Regni suscipi, ijsdem inseri, et Parti postulanti fideliter descriptam authenticè extradi permisimus. In quorum fidem etc. Actum ut supra Relatio Illrmi et Excellmi Dni Joannis Comitis in Konskie, et Białaczow à Małachowice Małachowski Supremi Regni Cancellarij Ostrolęcen, et Bucciovien Capnei.

Actum Varsaviæ Feriâ Secundâ post Festum S. Mathæi Apli proximâ Die scilicet Vigesimâ Tertiâ Mensis Septembris Anno Domini Millesimo, Septingentesimo, Quinquagesimo, Quarto.

Roborant Conventionem certam Mgcus Małachowski

chowski Supremus Regni Cancellarius, et
P. Skarzyński Burgrabius Lanuicien.

Augustus III. etc. Significamus etc. Quod coram actis
præsentibus Metrices Regni Cancellaria Nostra Ma:
joris personaliter comparentes Mgcus Joannes Comes
in Końskie et Białaczew à Małachowice Małachow.
ski Supremus Regni Cancellarius Ostrolęcen, et Bu:
czniovien Capitaneus ab una, atquè P. Adalbertus
Skarzyński Burgrabius Lanuicien parte ab altera
sani mentibus, et corporibus existentes cà foro, Terris,
Districtibus, et Jurisdictionibus suis quibusvis pro:
prijs, et competentibus recedendo, præsenti verò No.
stra Regia Iurisdictioni se cum Bonis suis genera:
liter omnibus subijciendo, et incorporando sponte,
palam, liberè, ac per expressum recognoverunt, pra:
sentibusquè recognoscunt. Quia Ipsi Conventionem
certam hic Varsaviæ Die hodierna in actu conten-
ta ratione in eadem Conventione contentorum in-
ter se Recognoscentes conscriptam, manibus ab
utrinquè subscriptam, damnisquè Terrestribus absq̃
juramento corporali taxandis firmatam in omnibus
ejus punctis, clausulis, articulis, nexibus, Condition-
bus, et ligamentis roborant, et ratificant, eidemquè
Conventioni tam in toto, quàm in quavis minima
parte se se suis cum xxxx Successoribus stare, tenere,
et satisfacere submittunt, præsentibusquè declarant,
Idq̃ sub damnis supra expressis Terrestribus in Casu

eidem

eidem Conventioni Contraventionis, et in aliquo punc-
to non satisfactionis irremissibiliter succumbendis.
Pro quibus quidem damnis taliter exinde succubitis
Citata una Pars contraveniens ex Instantia alte-
rius Partis eandem Conventionem tenentis, et adim-
plentis sive Ejus Successorum ad Officium Castrense
sive Judicium Triblis Regni Petricoviensia, tenebi-
tur suis cum Successoribus semper in primo Juris
Citationisq̃ Termino peremptoriè stare, Juri parere,
et respondere, comparendoq̃ damna prædicta solve-
re, quibus solutis nihilominus eidem Conventioni
ad præsens roborata in toto satisfacere, ac omne judi-
catum illius Officij, sive Judicij de Jure non exeun-
do pati, absquè omni dilatione, exceptione, evasio-
ne, motione, et appellatione, earumquè modo quo-
vis prosecutione. Hîs suîs personalibus Recogniti-
onibûs ad præmissa mediantibus. In forma aliàs
Roborationis plenissima, et de Jure perfectissima. Quã
Ydem Recognoscentes manibûs suîs subscripserunt.
Joannes Matachowski Supr. Reg. Canc. mp. Albertus
Skarzyński mp. Quam ejusmodi Roborationem sic,
ut præmissum factam, Nos ratam, et firmam ha-
bentes, habereque ab omnibus volentes eam ad acta
præsentia Metrices Regni suscipi, Ydem inseri, et
Parti postulanti authenticè extradi permisimus. In
quorum fidem etc. Actum ut supra. Relatio Illrmi
Excellmi et Rndmi Dni Prolancellarij Regni.

Sub eodem Actu.

Cedit de Successione Jnõsi olim Blasij Krasiń-
ski la-

ski Capitanei Prasnicen. I. Skarzyński Bur-
grabius Lanicien. Mgco Supremo Regni
Cancellario.

Augustus III. etc. Significamus etc. Quod coram
actis præsentibus Metrices Regni Cancellariæ No-
stræ Majoris personaliter comparens Gnosus Adal-
bertus Skarzyński Burgrabius Lanicien. sanus
mente, et corpore existens á foro Terris, Districtib.
et Jurisdictione sua quævis propria, et competen-
ti recedendo præsenti verò Nostræ Regiæ Jurisdi-
ctioni se cum Bonis suis generaliter omnibus sub-
jiciendo, et incorporando, sponte, palam, libere, ac
per expressum recognovit, præsentibusque recognoscit.
Quia Ipse vigore Juris sui cessi, et acquisiti á Gnoso Jo-
sepho Zdziechowski olim Gnosi Antonij Zdziechowski
cum Gnosa Susanna de Kuczińskie primo olim Gnosi
Floriani Zberowski, secundo expost voto prædicti olim
Gnosi Antonij Zdziechowski Conjuncte procreato Fi-
lio, et olim Gnosorum Nicolai Kuczińskii Tribuni
Ravien. et Marianne Mtosulanka Conjugum Ne-
pote, olim verò Gnosorum Georgij Kuczińskii Capnei
Kruswicien. et Elisabethæ Krasińskiey Conjugũ
Pronepote suo, et Gnosorum Stanislai, et Antonino
Gnosi Michaëlis Zakrzewski Consortis Fratris, et
Sororis suorum natu minorum germanorum
Zdziechowskich nomine moderni Recognoscentis
Avunculorum, et amitta coram actis Castrensib.
Zakroczymen. Feriâ Quintâ post Dominicam Jubila-

te pro-

te proximâ Annô præsenti 1754. in Personam sui Com:
parentis recogniti, et per suprafatam Gnosam Antoni.
nam de Zdziechowskie Zakrzewska amittam suam
coram actis Castrensibus Sandomirien Feriâ Sextâ
post Festum Visitationis B.V.M. itidem Annô præsen
in assistentia tam Gnosi Michaëlis Zakrzewski Mari.
ti sui, quàm et præasserti Gnosi Josephi Zdziechow-
skie Fratris sui germani approbati, ac in forma Ju-
ris per eandem Gnosam Antoninam de Zdziechôskie
Zakrzewska in Personam moderni Recognoscentis Sorori-
ni sui cessi, et transfusi idque ad Substantiam Univer-
salem mobilem, et immobilem post fata olim Gnosi
Blasij Krasiński Capitanei Prasnicen sterilitèr de
hac luce decessi derelictam ex capite olim supra:
scriptæ Gnosæ Elisabethæ de Krasińskie Kucińska
Capitaneæ Krusvicien Proaviæ suæ, nec non per la:
put præfati olim Gnosi Nicolai Kucińskie Tribuni
Raven Avi sui in prædictos Gnosos Zdziechowskie
Juris datores Recognoscentis erga alios Consuc=
cessores devoluto de omni, et integro eodem Jure suo
videlicet de omni Successione post sterilem decess
sum ejusdem olim Gnosi Blasij Krasińskie Capita.
nei Prasnicen in sæpedictos Gnosos Zdziechowskie
Jure Divinô, et Naturali erga alios Consuccessores
ex capite suprænominatæ „olim=“ Gnosæ Elisabethæ de Kra:
sińskie Kucińska Proaviæ suæ devoluta, rebusque
mobilibus denodijs, argenteria inventarijs Docu=
mentisq̃ generaliter omnibus Substantiam Kra:

sinscianam

sinsciana mobilem, et immobilem evinuentibus cum omni Jure, dominio, proprietate, nihil sibi, suisquè Successoribus Juris, dominij, ac proprietatis ex præmissis reservando, et excipiendo, verùm totaliter, et plenariè prout præmissa Successio Eosdem Jnosos Zdziechowskie Juris Datores Recognoscentis ex Capite supragato concernebat, ipsisque Legitimè serviebat jam ex nunc, et de facto Mgco Joanni Comiti in Koniskie, et Białaszew à Małachowice Małachowski supremo Regni Cancellario Ostrolęcen, et Buzniovien Capitaneo olim Mgforum Anna de Lubomirskie primo nie: Lopolska, secundo voto olim Mgci Stanislai Małachowski Palatini Posnanien Consortis Legitimæ in secundo Matrimonij thoro procreato Filio olim verò Jnósi Alexandri Capitanei Sandecensis Lubomirski Nepoti, olim verò Mgcorum Georgij supremi Regni Mareschalli, et Constantiæ de Ligęzy Conjugum Legitimorum Principum Lubomirskich Pronepoti, jam autem Mgcorum Nicolai Ligęza Castellani Sandomirien, et Sophiæ de Krasińskie itidem Conjugum Legitimorum Abnepoti, Substantiæ quoquè Universalis Krasińsciana erga alios Consuccessores Successori, Ipsiusquè Successoribus cedit, et condescendit, omnemquè Jus suum, et integrum in Personam ejusdem Mgci Supremi Regni Cancellarij Cessionarij sui ejusq de Successorum ob præstitam sibi in præmissis plenariam satisfactionem transfert, transfundit, transmittit, et incorporat, cum potestate plenaria eandem Successionem vindicandi. Evictionem sufficientem ex re, et Persona sui Eidem Mgco Supremo Regni Cancellario

cavet,

cavet, ac pro ea se præsentibus inscribit. Hâc suâ per-
sonali Recognitione ad præmissa mediante. In forma
aliàs Cessionis plenissima, et de Jure perfectissima
quam Idem Prosus Recognoscens manu suâ pro-
priâ subscripsit. Albertus Skarzyński mp. Quam
ejusmodi Cessionem, Jurisque Transfusionem, sicut
præmissum facit, Nos ratam, firmam, ac de Jure va-
lidam habentes, habericq; ab omnibus volentes, Eam
ac acta præsentia Metrices Regni suscipi, ijsdem in-
seri, et Parti postulanti authenticè extradi permisi-
mus. In quorum fidem etc. Actum etc. Relatio ejus-
Profancellarij Regni.

Sub Eodem Actu.

Quietat Vnblis Klonowski Nomine Adm Rndi in
Christo Patris Dni Eppi Cracovien de Summa
Decem Millium Florenq Nblẽs Freyberg.

Augustus III. etc. Significamus etc. Quod coram Nobis
Actisque præsentibus Metrices Regni Cancellaria Nostra
Majoris personaliter comparens Venq Iosephus Klonow-
ski Ecclesiarum Collegiatarum Varsavienq Scholasti-
cus, et Kielcenq Canonicus, uti, et tanquàm Adm Rndi
in Christo Pris Dni Andreæ Stanislai Kostka in Za-
luskie Załuski Epp̃i Cracovienq Duris Severiæ
Plenipotens sanus mente, et corpore existens à Foro, Ter-
ris, Districtibus, et Jurisdictione sua quavis propria
et competenti recedendo, præsenti verò Nostræ Regiæ
Jurisdictioni se cum Bonis suis generaliter omni-
bus subijciendo, et incorporando sponte, palam, libe-

ré, ac per

re, ac per expressum recognovit, præsentibusque recognoscit. Quia Ipse vigore specialis Plenipotentiæ in Personam sui per supradictum Adm Rndm in Christo Patrem Dnum Episcopum Cracoviensem coram actis Castrens Capitanealibus Cracovien Feriâ Sextâ post Dominicam Conductûs Paschæ Annô præsenti 1754. ad triennium integrum cum facultate Summas quascunq; á quibuscunque Personis quôvis modô provenientes, levandi, quietandi, et Cessiones recognoscendi facta, et recognita. Jam ex nunc, et defacto de Summa Decem Millium florenorum Polonicalium Eidem Adm Rndo Patri Dno Andreæ Stanislao Kostka in Zatuskie Zatuski protunc Epo Culmen, et Pomeraniæ Supremo Regni Cancellario ex Cessione per Conventum varsavien Ord. Prædicator ad Capellam Moschoviticam degen, coram actis advocatialibus, et Scabinalibus Novæ Varsaviæ Feriâ Tertiâ in Crastino Festi Visitationis B.V. Mariæ 1742. recognita, et certo scripto sæpefato Adm Rndo in Christo Patri Domino Zatuski protunc Epo Culmen sub Die 10. Mensis Julij 1742. Anno per Nble olim Vincentium Romualdum Belotty agnita, ab eodem Nbli olim Vincentio Romualdo Belloty proveniendi, ac Decretis Judicij advocatialis, et Scabinalis Novæ Varsaviæ una cum provisione in anno supprapto 1742. sub intromissione, et exdivisione Palatij in Nalewki siti pro illo tempore ejusdem Nblis Vincentij Romualdi Belloty hæreditarij ex: post verò Nblibus Freyberom venditi, et resignati ad-

judicata

judicata; ac per Nblem olim Bartholomæum Freyber, et Magdalenam de Barszcze Conjuges in quota octo Milli: um florenũ Polonũ per Honoratum verò Joannem Frey. ber in quota duorum Millium itidem florenorum, id est totali Summa Decem millium florenũ Polonũ in prædicto Palatio hærente realiter, et effectivè persoluta ob plenariam satisfactionem tam Nblem Magdalenæ de Barszcze viduam, et Successores olim Mariti ejus, quàm et Honoratum Joannem Freyber, Eorumque Successores quietat, et absolutos mittit, Decretaquè in prædicto Judicio advocatiali, et Scabinali Novæ Varsaviæ, atq; Intromissiones, et exdivisiones, atq; submissiones, et quosvis Actus contra præfatum olim Nblem Vincentium Romualdum Belloty formatos, et perductos propter subsecutam satisfactionem totalis Summæ Decem millium florenũ polonũ mortificat, nullumquè Jus, aut Titulum ad sa: pedictum Palatium quôvis modô suprascriptô Principali suo, ejusquè Successoribus reservando, aut excipiendo. Hâc suâ personali Recognatione ad promissa mediante, in forma aliàs Quietationis plenissima quæ manu suâ propriâ suprafatus Venũ Recognoscens subscripsit. Josephus Franciscus Klonowski Vars. Kielcen. Scholasticus. Quam ejusmodi Quietationem sic, ut promissum factam Nos ratam, firmam, ac de Jure valiдam habentes, habereque ab omnibus volentes, eam ad acta præsentia Metrices Regni suscipi, ijsdem inseri, et Parti postulanti authenticè extradi permisimus. In quorum fidem etc. Actum, et Relatio ut supra.

Actum Varsaviæ Feriâ Quartâ
ante Festum S. Francisci Confesso:
ris

ris proximâ Die scilicet Secundâ Mensis Octobris Annô Dñi Mille: simô, Septingentesimô, Quingua: gesimô Quartô.

Oblata Privilegÿ super Villas Zamulina, et Do: bestawice in Terra Haliciens sub Ge. Theodoro Szy: dlowski Vicecapitaneo, et Judicii Castren Varsav: ens collati.

Augustus III. etc. Significamus etc: Oblatas esse ad acta præsentia Metrices Regni Cancellaria nostra Majoris Literas Privilegÿ super Villas Zamulince, et Dobestawce in Palatinatu Russiæ, Terra Haliciens sitas, post fata Gnôsa Theophila Jabłonowska Vexillifera Regni Vidua vacantes, Gnôso Theodoro Szydłowski Vicecapitaneo, et Judicii Castrens Varsavien collatas, manu nostra subscriptas, et Sigillô Minoris Cancellariæ Regni communitas salvas, sanas, omniq suspitionis notâ carentes tenoris talis. Augustus Tertius Dei Gratiâ Rex Poloniæ Magnus Dux Lithvaniæ, Russiæ, Prussiæ, Masovia, Samogitiæ, Kijovia, Volhyniæ, Podoliæ, Podlachia, Livoniæ, Smolensciæ, Severiæ, Czerniechoviæq, nec non Hereditarius Dux Saxoniæ, et Princeps Elector. Significamus præsentibus Literis nostris quorum interest Universis, et singulis. Quia nos habitâ singularis ratione meritorum Generosi Theodori Szydłowski Vicecapitanei, et Judicis Castrensis Varsavien nobis,

et

et Reipublicæ varijs in occasionibus, ac functionibꝰ
summa fide, studiô, et applicatione præstitorum
faciendum esse duximus, ut Ipsi pro documento be:
nevolentiæ Nostræ villas Zamulince, et Dobestawice
in Palatinatu Russiæ, Terra Kaliciensi sitas, post
Fata Iñosæ Theophilæ Jablonowska Vexilliferæ Re:
gni vicibus vacantes, et ad dispositionem Nrâm Re:
giam devolutas daremus, et conferremus, prout qui:
dem damus, et conferimus hisce Literis Nostris, ita,
ut easdem villas Zamulinæ, et Dobestawce cum
omnibus prædijs, curijs, ædificijs, molumentis, tabernis
agris, pratis, campis, sylvis, nemoribus, stagnis, piscinis,
fluvijs, fluminibus, lacubus, subditis, eorumque la:
boribus, et præstationibus, redditibus, proventibus, cen-
sibus, commodis, et emolumentis, attinentijs, et per:
tinentijs generaliter universis nullis exceptis, tene:
at, habeat, et possideat, ad extrema vitæ suæ tempora.
Promittimus autem pro Nobis, et Serenissimis Succesꝰo-
ribus Nostris non esse Nos, Serenissimosq; Successores
Nostros præfatum Iñosum Theodorum Szydłowski Vi:
ceCapitaneum, et Judicem Castrenç Varsavienç abusq;
et pacifica possessione supradictarum Villarum Zamu-
Lince, et Dobestawce amoturos, aut alienaturos, neque
amovendi, aut alienandi potestatem cuipiam datu:
ros, sed salvum, et integrum Jus advitalitium Ipsi
conservaturos. Quod et Serenissimi Successores No:
stri præstabunt. Ratione cujus advitalitatis soli:
tam proventuum Quartam quotannis ad thesaurꝰ

Regni

921. Regni inferre tenebitur. Juribus Nostris Regalibus Reipl.ae, Ecclesiaq. Romanocatholica salvis. In quorum fidem praesentes manu Nostrâ subscriptas Sigillô Regni communiri jussimus. Datum Varsaviae Die XXIV. Mensis Septembris Annô Domini MDCCLIV. Regni vero Nostri XXI. Annô. Villa Zamulince, et Dobe: slawce in Palatinatu Russiae Terra Haliciensi sita, post Fata Jnoś.a Theophila Jabłonowska Vexilliferae Regni Viduae, Jnoso Theodoro Szydłowski Vicecapitaneo, et Ludiii Castrenq. Varsavienq. conferuntur. Augustus Rex. Locus Sigilli Minoris Cancellariae Regni. Joannes Kłossowski Canc.us Cathlis Premisliensq. S.a R.a Mtis Sigilli Regni Secretarius mp. á tergo earundem Literarum verba sunt haec: Pro Cancellariatu Illrmi Excellmi ac Rndmi Dni Michaëlis Comitis de Granow Wodzicki Decani Cathlis Cracoviensq. Abbatis Commendatarij Cervenensis, et Clarae Tumbae Pro Cancellarij Regni Sigillatum. Quas ejusmodi Literas Privilegij sic, ut praemissum oblatas Nos ad acta praesentia Metrices Regni suscipi, ijsdem inseri, et Parti postulanti authentice extradi originale rursus offerenti restitui, de quo recepto Cancellaria Nostra praesentibus quietatur, permisimus. In quorum fidem etc. Actum ut supra Relatio Supremi Regni Cancellarij Actum Varsaviae Sabbatho.

tho ante Festum S. Lucæ Evan:
gelistæ proximo Die scilicet
Duodecimâ Mensis Octobris
Annô Domini Millesimô, Se:
ptingentesimô, Quinquagesimô,
Quartô.

Oblata Literarum Allodialitatis Bonorum Cj:
sern favore Jnôsi Ketler, et Ejus Successorum.
Augustus III. etc. Significamus etc. oblatas esse ad
acta præsentia Metrices Regni Cancellariæ Nostræ
majoris Literas Vidimatas concordantiam cum suo
originali habentes manu Nblis Davidis Theophili
Reissing Secretarij Nostri, et Notarij Publici jurati
subscriptas, sigillôq; communitas continentes in se Con-
firmationem Nostram Confirmationis Allodialitatis
Bonorum Cjsern favore Jnôsi Ketler, Ejusque Succes:
sorum sanas, salvas, et illæsas, omniquè suspitionis
notâ carentes tenoris sequentis. Augustus III. Dei Gra:
tiâ Rex Poloniæ, Magnus Dux Lithuaniæ, Russiæ,
Prussiæ, Masoviæ, Samogitiæ, Kijoviæ, Volhyniæ, Po-
doliæ, Podlachiæ, Livoniæ, Smolenscia, Severiæ, Cher-
niechoviæq; nec non Hæreditarius Dux Saxoniæ, et Prin-
ceps Elector. Significamus præsentibus Literîs No-
strîs quorum interest Universis, et singulis. Exhibi-
tas Nobis esse certas Literas Confirmationis Lati-
no Idiomate formatas investituraram, seu Con-
cessionis Feudalis germanico Idiomate conscri

pto

pta super Prædium Essern in Curlandia situ
Successoribus olim Jnósi Joannis Kettler Liberi
Baronis in Monjoge servientes, manu Sereniss:
mi olim Divæ memoriæ Augusti Secundi Re:
gis Poloniarum Prædecessoris, et desideratissimi
Parentis Nostri subscriptas, et Sigillis Majoribus Re:
gni, et Magni Ducatûs Lithvaniæ communitas, sa:
nas, salvas, illæsas, omniquè Suspitionis notâ caren-
tes. Supplicatumquè Nobis est per certos Consilia:
rios Lateri Nostro assidentes Nomine, et pro parte
Jnsorum Comitis Ludovici Justavi Jotthardi Kettler,
Jacobi Friederici Liberi Baronis de Kettler Nepotis, et
ad Quem post hujus sui Avi mortem illa Bona Avi-
ta Essern dicta jam devoluta, nominequè Ejus Fra:
tris Germani Friderici Vilhelmi Liberi Baronis de
Kettler in casum, si hæc Bona Esserensia huic Ejus-
què posteris forte aliquando cederent, ut illas Confir-
mationis Literas, et Privilegium allodialitatis in il:
lis Ipsis Literis á Serenissimo Divæ memoriæ Augu:
sto Secundo Rege Poloniarum Prædecessore, et Desi-
deratissimo Patente Nostro Ipsorum Avo Jnóso Ja:
cobo Friderico Kettler, Ejusquè Posteris benigniss-
imè concessum Authoritate Nostrâ Regiâ approba:
re, et Confirmare dignaremur. Cujus quidem Con:
firmationis, et allodialitatis Privilegij tenor de ver-
bo ad verbum sequitur, estq; talis: Augustus Secun-
dus Dei Gratiâ Rex Poloniæ, Magnus Dux Lithva-
niæ, Russiæ, Prussiæ, Masoviæ, Samogitiæ, Kijoviæ,
Volhyniæ,

Volhyniæ, Podoliæ, Podlachiæ, Livoniæ, Smolensciæ,
Severiæ, Czerniechoviæq. nec non Hæreditarius Dux
Saxoniæ, et Princeps Elector. Significamus præsenti-
bûs Literîs Nostris quorum interest Universis et
singulis exhibitas Nobis esse certas Literas Investi-
turarum seu Concessionem Feudalem germanico
Idiomate conscriptam ab Illrmo olim Duce Friederico
in Livonia Curlandiæ, et Semigallio Principe Pnoso
olim Joanni Kettlero Libero Baroni in Monjoge su-
per certis Bonis Esern dictis in Curlandia, et Distri-
ctu Fravenburgensi sitis die Trigesima Mensis
Augusti Anni Millesimi, Sexcentesimi Vigesimi Quar-
ti in arce Mitaviensi datas, manu, sigilloquè Du-
cali munitas â Serenissimis Prædecessoribus Nostris
Divo Rege Sigismundo Tertio Annô Millesimô,
Sexcentesimô, Vigesimô, Octavô, Die Duodecimâ
Mensis Augusti Varsaviæ, et ibidem Divo Rege Vla-
dislao IV. in Comitijs Regni Jnrlbus Varsaviens An-
ni Millesimi, Sexcentesimi, Trigesimi, Septimi Die
Vigesimâ Secundâ Februarij confirmatas. Quarû
omnium originales pargamenea in Cancellaria Nra
productæ, Nos verò tanquàm Supremus, et dire-
ctus Feudi Dominus præfatam concessionem Fe-
udalem in Residentia Nostra Dresdæ Die Vigesi-
mâ Primâ Mensis Aprilis Anni Millesimi, Se-
ptingentesimi, Quarti itidem approbavimus; Sup-
plicatumquè Nobis est per Certos Consiliarios la-
teri Nostro assidentes Nomine, et pro parte Ma-

gnificii

gnitiui, ac Jenerosi Jacobi Friederici Liberi Baronis de Kettler supremi Mareschalci Consiliarij intimi, atquè Jeneralis Serenissimi Land Grafii Hassiæ, ejusdemquè Filij Caroli Emilij Liberi Baronis Kettler, ut pro majori securitate approbationem eandem renovare, reiterare, atq ex singulari Gratia Nostra, tum ob præclara è majoribus Kettlerorum merita inlyto huic Regno olim contestata, tum adhuc ab his, et eorum Posteris speranda ex plenitudine Supremi, et directi Dominij Nostri quòd Nobis in Ducatibus Curlandiæ, et Semigalliæ competit declarare, ac concedere dignaremur, quòd post inserta Litera Investiturarum, seu Concessio Feudalis ab Illustrissimo olim Principe Curlandiæ tanquàm Feudi mediato Domino data, etiam extincta Linea Ducali, et in casum devolutionis ad Nos tanquàm Supremum et Directum Feudi Dominum immediatum robur suum debitamquè firmitatem ita inviolabiliter obtineant, ac si Domûs Ducalis nunquàm extincta esset, liberumquè sit tùm Mgco Baroni de Kettler Ejusquè Filio tùm Ejus Posteritati, ac Successoribus tam natis quàm nascendis utriusquè Sexûs supradictis Bonis Ejsem juxta Limites descriptos, ut vero aliodio uti, frui, ac possidere hoc est ut tenore Privilegij Divi Sigismundi Augusti Paragraphi septimi omnimodam facultatem unà cum Hæredibus suis

utriusq

utriusquè Sexûs habeat contrahendi, dandi, donandi, vendendi, permutandi, alienandi, in usus benèplacitos non requisitô Nostrô, vel alterius cujusvis superioris Consensu, ac ad quoscunque Hæredes transferendi, cujus quidem Privilegij, et Concessionis Feudalis Illustrissimi Ducis Curlandiæ tenor sequitur talis. Von Gottes Gnaden Wir Friedrich zu Lifland, zu Curland, und Semgallen Hertzog für Uns, und unsere Nachkommende Herrschafft Successoren, und sonsten jedermänniglich thun kund nun hiemit und bezeugen es und mit diesem Unserm offenen Patentbrieff, das Wir Wolgeborenen, und Edlen Unsern besonders lieben Getreuen Johan Von Kettler Creyßhaubtmann zu Monjoge, Herren zu Dyan, und Ambtmann Churfürstl. Brandenburgischen Stadthalter der Lande Jülich und Clewe auch geschwornen Rath und wenigen Obristen, und allen seinen rechten Erben männlichs Geschlechts ihrem Ehrlichen zu thun tragenden wohlgemeinten affection, und seiner Und, und unserer Fürstl. Hauß loblich für im Lande, als auch in unterschiedlichen Expeditionen und Kriegs-Zügen, und sonst gehabter getreuen Dienstwilligkeit gewonnat, gegeben, und verliehen haben, Wie Wir Ihm auch hiemit, und allen seinen rechten Lehns-Erben gönnen, geben, und verleihen

laissen, Trufft sie ab ostwarn Vorragelan-
Zrinsk ab Bitt Esern, wlin daselbn in
nachfolgenden der Grentza und Scheidung be-
lagen, als nemlich: Erstlich anzufahen an der
Windau, da die Straute Gudua in die Win-
dau fällt, und eine Copitza gesatzt, dieselbe hin-
auf zu gehen, bis an eine Copitza gesatzt, da
zwo Strauten zusamen kommen, und dieselbe
Gudua abermahl weiter hinauf zu gehen, bis an
eine Copitza, so an einem Hügelberg gesatzet.
Von der Copitza längst den Zrisk, und fort-
durch den Zrisk an ab Esersee zu Zurawa
Skurwell Lanck zu gehen, da eine Copitza
gesatzt, Von der Copitza längst einem Ge-
brüche, bis in einen Wang, der Wang nach-
längst nicht abseit zu gehen, und auf die rechte
Hand an Zitrabar an eine Copitza, Von der
Copitza zu Copitzen, bis an einen Kluß En-
tel Straute genannt, die Straute auf zu ge-
hen bis an eine Copitza, Von der nächsten die
Rechte Von Copitzen zu Copitzen durch eine
Gebrüche Von Copitzen zu Copitzen, da eine
andere Gebrüche, auf der Semmerschen sel-
ben geblieben bis an die Rakup, da eine-
ne Copitza gemacht ist. Die Rakup zu fol-
gen, bis da sie in die Karzup fällt, die Kar-
zup hinauf zu gehen bis an eine Copitza
und ab Esersehen Zurawa Sielen Lanck.

Ab

Das Land und Gericht entlänget zu gehen
über einen Hügelweg an einer Copitza, und
von dannen von Copitza zu Copitzen, bis an
die Frauenburgische Grentzen, da auch einer
Copitza gemacht, von der Copitza zu Copitzen
bis an die Eberische Planung, da an beyden
Enden ein Damm Copitzen gemacht, von dem
Damm bis an die Pachste Straute, da auch ei-
ner Copitza gesetzet ist, von dannen bis an ei-
nen Eichbaum in einem einen Zaun und Co-
pitza bey Battoden Gericht, von dannen nach
einer Anhöhe einer Copitza, von der-
selben bis an einen hohlen Weg, so von Frauen-
burg nach Bauen gehet, dem zu folge bis an eine
Copitza, so auf der linckenden Hand derselben We-
ges aufgeworffen, von der Copitza in die Kirsta bis
einer an eine andre, so neben Hargo stehet,
von Hargo fortan zu gehen bis an den Gre-
ben einer Copitza, von derselben in die Kir-
sta durch den Graben auf einen Hügel. Von Plo-
tup zu folgen, bis da sie in die Sangup fliesset von
dannen über zu treten, und einen Strich der San-
gup zu folgen bis in den Graben. Durch denselben
von Copitzen zu Copitzen, bis auf ein Stück Frau-
enburgischen Ackers, von demselbigen ackers einder
durch den Graben von Copitzen zu Copitzen, bis an
einen Stein mit einem Creutz gezeichnet, von dem
Stein auf einen Hügelweg, da ein Eich-Baum mit
drey Creutzen gezeichnet, von dem Baum der
Hügelweg entlänget, da wieder eine Copitza, von

derselben

gnificus Recognoscentes subscripserunt manibûs su:
is proprijs. A. Lubomirski W. L. Z. Lubomirska W.L.
Quam ejusmodi Cessionem sic ut præmissum facta
et recognitam Nos ratam, firmam, ac de Jure va:
lidam habentes, haberiquè ab omnibus volentes
eam ad acta præsentia Metrices Regni suscipi,
ijsdem inseri, et Parti postulanti authenticè
extradi permisimus. In quorum fidem etc. Actū,
et Relatio ut supra.

Sub eodem Actu.

Quietat Mgcus Supremus Rni Cancellarius
Jnsum Subdapiferum Regni de Súma
49940. Tynf Capitali, et provisionibus, tū
ex pretensionibus in reparationem Bonorū
Koniecpol erogatt.

Augustus III. etc. Significamus &c. Quòd coram Nobis actisq; præsentibus Metrices Regni Cancellariæ Nostræ Majoris personaliter comparens Magnificus Joannes Comes in Konskie, et Białaczew à Małachowice Małachowski Supremus Regni Cancellarius Ostrolœcensis, et Buezniovien, Capitaneus sanus mente, et corpore existens à Foro, Terris, Districtibus, et Jurisdictione sua quavis propria, et competenti recedendo, præsenti verò Nostræ Regiæ Jurisdictioni se cum Bonis suis generaliter omnibus subijciendo et incorporando sponte, palam, liberè, ac per expres-

sum

sum recognovit, præsentibusque recognoscit. Quia
Ipse Josum Stanislaum Comitem in Wisnicz, et Ja=
rostaw Lubomirski S.R. Imperij Principem Subdapi=
ferum Regni, Capitaneumq Nostrum Sandecen, de
Summa Quadraginta novem Millium nongentor
Quadraginta Timphionum coram actis Metrices Re=
gni Cancellariæ nostræ Minoris Feria Quintâ in
Crastino Festi S. Andreæ Apli Die scilicet Prima
Mensis Decembris Millesimô, Septingentesimô, Qua=
dragesimô, Sexto Anno inscripta, atquè provisio=
nibus ab eadem Summa provenientibus, tùm de
omnibus prætensionibus Fundi Bonorum Konjec=
pol pro reparatione, et melioramentis eorundem
Bonorum ad diem hodiernam intercedentibus,
et jam realiter effectivèq Die hodierna in actu
contenta sibi Recognoscenti per dictum Josum Sub=
dapiferum Regni exolutô, et satisfactô, quietat, ab=
solvit, liberumque facit, ac pronuntiat. Inscripti=
onem eandem, quò ad Summam præfertam qua=
draginta novem Millium nongentorum, quadra=
ginta Timphionum tum Provisiones ex ea pul=
lulantes in toto cassat, mortificat, et annihilat. Hâc
suâ personali Recognitione ad præmissa mediante.
In forma aliàs Quietationis plenissima, et de Jure
perfectissima. Quam Idem Mgcus Recognoscens ma
nu suâ propriâ subscripsit. I. Matachowski S.R.C
mp. Quam ejusmodi Quietationem sic, ut præmis=

sum

sum factam, et recognitam Nos ratam, firmam, ac de jure validam habentes, haberique ab omnibus volentes, eam ad acta præsentia Metrices Regni suscipi, ijsdem inseri, et Parti postulanti authentice extradi permisimus. In quorum fidem &c. Actum Varsaviæ ut supra. Relatio Ejusdem Illrmi, Excellmi et Rmi Dñi Prolancellarij Regni.

Actum Varsaviæ Sabbathô ante Festum S. Catharinæ Virginis, et Martyris, proximô Die scilicet Vigesimâ Tertiâ, Mensis Novembris, Anno Domini, Millesimô, Septingentesimô, Quinquagesimô, Quarto.

Inscribit Summam 50000. Florenorum Polonicorum Inclytus Subdapifer Regni Magnus Supremo Regni Cancellario.

Augustus III. etc. Significamus etc. Quomodo coram nobis, actisque præsentibus Metrices Regni Cancellaria Nostra Majoris personaliter Comparens Generosus Stanislaus Comes in Wisnicz, et Jarostaw Lubomirski S. R. Imperij Princeps Subdapifer Regni Sandecensisq; Capitaneus sanus mente, et corpore existens, à Foro, Terris, Districtibus, et Jurisdictione sua quavis propria, et competenti recedendo,

præsenti

præsenti verò Nostræ Regiæ Jurisdictioni se cũ Bonis suis generaliter omnibus subijciendo, et incorporando sponte, palam, libere, ac per expressum recognovit, præsentibusque recognoscit. Quia Ipse Magnifico Joanni Comiti in Koñskie, et Białaczew ã Małachowice Małachowski Supremo Regni Cancellario Ostrolęcen, et Buczniowien Capitaneo, Ipsiusque Successoribus Summam Quinquaginta Millium Florenũ Polonicalium de manibus Ejusdem Mgci Supremi Regni Cancellarij Die hodierna in actu contenta levatam, et realiter perceptam, ac enumeratam debet, et tenetur. Quam quidem Summam Quinquaginta Millium florenorum Polonicalium unà cum Provisione per septem ã Centum ex eadem Summa pullulante dicto suo Mgco Creditori, Ipsiusque Successoribus in Crastino Festi SS. Trium Regum in Anno Deo dante Millesimô, Septingentesimô, Quinquagesimô, Sextô coram actis Officij Castrenũ Opocnenũ supradictus Jnsius Recognoscens suis cum Successoribus prompta, paratag pecunia se soluturum, realiterq, et in effectu enumeraturum sub vadio similis Summæ submittit, et obligat, præassertamq Summam Quinquaginta Millium Florenũ Polonicalium unà cum Provisione superiùs indigitata de, et

super

super Bonis suis generaliter omnibus inscribit, obli-
gat, et assecurati, In eademq́ Bona Intromissionem
Officiosam ex nunc cum generali Evictione, præsen-
ti Inscriptione, cauta Eidem Magnifico Creditori
suo, et Ipsius Successoribus dat, et admittit. Ad-
versùs autem præsentem Inscriptionem non va-
lebit suprascriptus Generosus Subdapifer Regni
ullis Juris diffugijs, et exceptionibus /: quibus pre-
senti Inscriptione renuntiat. :/ se suosque Succes-
sores tueri, et defendere, sed eidem Inscriptioni in
omnibus punctis, clausulis, articulis, et conditio-
nibus tanquàm rei judicatæ stare, parere, et sa-
tisfacere se suis cum Successoribus submittit.
In casu verò præsenti Inscriptioni contraventi-
onis Forum Officij Castrensis, sive Triblis Regni
Petricoviensium ad respondendum sibi, suisque
Successoribus Idem Ipsius Recognoscens assi-
gnat, et inscribit. Hâc suâ personali Recogni-
tione ad præmissa omnia mediante. In forma
aliàs Inscriptionis Debitoreæ plenissima, et
de Jure perfectissima. Quam manu suâ propriâ
prædictus Generosus Recognoscens subscripsit.
S. Lubomirski S. R. C. S. Quam ejusmodi Inscri-
ptionem debitoream sicut præmissum facta
et recognitam, Nos ratam, firmam, ac de Jure
validam habentes, haberiq́ ab omnibus volen-

tes

tes, eam ad acta præsentia Metrices Regni suscipi, ijsdem inseri, inscribi, et Parti postulanti in forma Authentica fideliter descriptã extradi permisimus. In quorum fidem etc. Actum Varsaviæ Relatio ut supra.

Sub eodem Actu.

Roborant Conventionem certam Magnificus Supremus Regni Cancellarius, et Inclitus Josephus Zdzarski Burgrabius Plocensis.

Augustus III. etc. Significamus etc. Quod coram Nobis, actisq; præsentibus Metrices Regni Cancellaria Nostra Majoris personaliter comparentes Magnificus Joannes Comes in Końskie, et Białacrew á Małachowice Małachowski Supremus Regni Cancellarius, Ostrołęcen, et Buczniovien Capitaneus ab una, atq; Jnclitus Josephus Zdzarski Burgrabius Plocen olim Jnclyti Stanislai Zdzarski cum olim Jnclyta Helena Jotyńska procreatus Filius, olim verò Jnclyti Martini Jotyński, et Ludovicæ Krasińska Venatorum Ciechanoviensium Conjugum Nepos, et olim Mgci Dominici Krasiński, et Catharinæ Młocka Castellanorum Ciechanovien Pronepos, olim verò Mgci Ludovici Krasiński

siński, et Agnetis Kryska itidem Castellanorum Ciecha-
novien. Conjugum Abnepos parte ab altera sani menti-
bus, et corporibus existentes à Foro, Terris Districti-
bus, et Jurisdictionibus suis quibusvis proprijs, et com-
petentibus recedendo, præsenti verò nostræ Regiæ Ju-
risdictioni se cum Bonis suis generaliter omni-
bus subijciendo, et incorporando sponte, palam, li-
bere, ac per expressum recognoverunt, præsentibusq
recognoscunt. Quia Ipsi Conventionem certam hic
Varsaviæ Die hodierna in actu contenta ratione in
eadem Conventione contentorum inter se Recogno-
scentes conscriptam, manibus ab utrinque subscri-
ptam, damnisque Terrestribus absq juramento cor-
porali taxandis firmatam in omnibus ejus punctis,
clausulis, articulis, nexibus, conditionibus, et ligamen-
tis roborant, et ratificant, eidemque Conventioni tàm
in toto, quàm in quavis minima parte se se suis
cum Successoribus stare, tenere, et satisfacere submit-
tunt, præsentibusq declarant; Idq sub damnis Ter-
restribus supra expressis in Casu eidem Conventioni
contraventionis, et in aliquo puncto non satisfactio-
nis irremissibiliter succumbendis. Pro quibus qui-
dem damnis taliter exinde succubitis, citata una
Pars contraveniens ex Instantia alterius Partis ean-
dem Conventionem tenentis, et adimplentis, sive
ejus Successorum ad officium Castrense, sive Ju-
dicium Tribunalis Regni Petricoviensia, te

nebitur

nebitur suis cum Successoribus semper in primo Juris, Citationisq́ termino peremptorie stare, Juri parere, et respondere, comparendoq́ damna prædicta solvere, quibus solutis, nihilominus eidem Conventioni ad præsens roborata in toto satisfacere, ac omne Judicatum illius officij, sive Judicij de Jure non excundo pati, absq́ omni dilatione, exceptione, evasione, motione, et appellatione, earumque modo quôvis prosecutione. His suis personalibus recognitionibq́ ad præmissa mediantibus. In forma aliàs roborationis plenissima, et de Jure perfectissima. Quam ijdem Recognoscentes manibus suis subscripserunt. Joannes Matachowski S. R. Canc. mp. B. Josephus Zdzarski B. C. P. mp. Quam ejusmodi Roborationem sic ut præmissum factam, et recognitam, Nos ratam, firmam, ac de Jure validam habentes, haberiquè ab omnibus volentes, eam ad acta præsentia Metrices Regni suscipi, ijsdem inseri, inscribi, et Parti postulanti in forma authentica extradi permisimus. In quorum fidem etc. Actum, et Relatio ut supra

Sub eodem Actu.

Cedit de Successione post Inozum Krasiński Capitaneum Prasnicen S. Zdzarski Mgco Supremo Regni Cancellario.

Augustus III. etc. Significamus etc. Quod coram Nobis, actisq́ præsentibus Metrices Regni Cancellario

laria Nostra Majoris personaliter comparens Gnosus Josephus Zdzarski Burgrabius Plocen, olim Gnosi Stanislai Zdzarski cum olim Gnosa Helena Gotyniska procreatus Filius, olim verò Gnosi Martini Gotyński, et Ludovicæ Krasińska Venatorum Ciechanovien Conjugum Nepos, et olim Mgci Dnici Krasiński et Catharinæ Mlocka Castellanorum Ciechanovien Pronepos, olim verò Mgci Ludovici Krasiński, et Agnetis Kryska itidem Castellanorũ Ciechanovien Conjugũ Abnepos sanus mente, et corpore existens á Foro, Terris, Districtibus, et Jurisdictione sua quavis propria, et competenti recedendo, præsenti verò Nostræ Regiæ Jurisdictioni se cum Bonis suis generaliter omnibus subijciendo, et incorporando sponte, palam, liberè, ac per expressum recognovit, præsentibusque recognouit. Quia Ipse de omni, et integro Jure suo videlicet de omni, et integra successione sua post sterilem decessum olim Gnosi Blasij Krasińskica pitanei Prasnicen in se Recognoscentem Jure Divino, et naturali erga alios sui Consuccessores ex capite supramemorati olim Mgci Dominici Krasińskí Castellani Ciechanovien Proavi sui, olim verò Mgci Ludovici Krasińskí Castellani Ciechanovien filij et sui Recognoscentis abavi devoluta, rebusque mobilibus, Clenodijs, argenteria, Inventarijs, documentisque generaliter omnibus Substantiam Krasinskianam mobilem, et immobilem evincentibus cũ omni Jure, dominio, proprietate, nihil sibi suisque

Succes=

Successoribus Juris, Dominij, et proprietatis ex præmis-
sis omnibus reservando, et excipiendo, verùm totaliter, et plu-
nariè prout præmissa Successio se Recognoscentem erga
alios Consuccessores ex capite supradicti Mgci Domini-
ci Krasinski Ejusquè Filio Ludovico de Krasinskie Gołyń-
ska Prodavi, et avia sua concernebat, sibiquè legitimè
serviebat, jam ex nunc Mgco Joanni Comitti in Koni-
skie, et Białacrow á Małachowice Małachowski Su-
premo Regni Cancellario Ostrolœcen, et Buzniovien
Capitaneo olim Mgcorum Annæ de Lubomirskie pri-
mo Wielopolska, secundo votô olim Mgci Stanislai
Małachowski Palatini Posnanien Consortis legiti-
mæ in Secundo Matrimonij Toro procreato Filio, olim
verò Jnôsi Alexandri Capitanei Sandecen Lubomir-
ski Nepoti, olim verò Mgcorum Georgij Supremi Re-
gni Marschalci, et Constantiæ de Liggzy Conjugum
Legitimorum Principum Lubomirskich Pronepoti,
jam autem Mgcorum Nicolai Liggza Castellani
Sandomirien, et Sophiæ de Krasińskie itidem Con-
jugum Legitimorum Abnepoti Substantiæ quoquo
Universalis Krasińsciana erga alios Consuccessores
Successori, Ipsiusquè Successoribus cedit, et conde-
scendit, omnequè jus suum, et integrum in Perso-
nam ejusdem Mgci Supremi Regni Cancellarij
Cessionarij sui, ejusquè Successorum ob præstitâ si-
bi in præmissis plenariam satisfactionem trans-
fert, transfundit, transmittit, et incorporat cum
potestate plenaria eandem Successionem vindican-
di. Evictionem sufficientem ex re, et Persona sui

Eidem

Eidem Mgco Supremo Regni Cancellario cavet, ac pro ea se præsentibus inscribit. Hâc suâ personali Recognitione ad præmissa mediante. In forma aliàs Cessionis, Jurisque Transfusionis plenissima, ac de Jure perfectissima Quam Idem Prosus Recognoscens manu propriâ subscripsit. B. Josephus Zdzarski B. C. P. mp. Quam ejusmodi Cessionem, Jurisq Transfusionem sic, ut præmissum factam, et recognitam Nos ratam, firmam, ac de Jure validam habentes, habereque ab omnibus volentes, eam ad acta præsentia Metrices Regni suscipi, ijsdem inseri, et Parti postulanti authenticè extradi permisimus. In quorum fidem etc. Actum et Relatio ut supra.

Sub eodem actu.

Constituit Plenipotentes P. Nowicki J.P. Oldakowski, et Zdaniecki.

Augustus III. etc. Significamus etc. Quomodo coram Nobis, actisque præsentibus Metrices Regni Cancellaria Nostra Majoris personaliter comparentes Prosi Stanislaus Nowicki Theloneorum Nostrorum Notarius, et Eva de Brzozowskie Conjuges sani mentibus, et corporibus existentes à Foro, Terris, Districtibus, et Jurisdictione sua quavis propria, et competenti recedendo, præsenti verò Nostræ Regiæ Jurisdictioni se cum Bonis suis generaliter omnibus subijciendo, et incorporando sponte, palam, liberè, ac per expressum recognoverunt, præsentibusque recognoscunt. Quia Ipsi Prosos Oldakowski, et Zdanieçki quorum vis Nominum

minum in suos veros, Legitimos, ac indubitatos Plenipotentes eligunt, constituunt, faciunt, inscribunt, et solenniter ordinant, dantes, et concedentes Ipsis tam divisim, quàm conjunctim plenariam facultatem, omnimodamq́ potestatem Intromissionem in Lemanatum in villa Wroczki Capitaneatûs Brodnicensis situm s: quem antehac Nobiles Kozikowie, sive Koziccy tenebant in rem, et Personam suorum Recognoscentium accipiendi, eundemque in possessionem Eorundem Recognoscentium vindicandi, et recuperandi, contra Impugnatores earundem se manifestandi, alios Plenipotentes cum simili vel limitata facultate in locum sui substituendi, cæteraq̂ circa præmissa fieri, et observari solita peragendi, et exequendi; offerendo se omnia per Ipsos juridicè, et Legitimè peracta pro rato, et grato suscepturos. Quam Plenipotentiam Idem Recognoscentes manibus suis subscripserunt. Stanislaus Nowicki mp. Ewa Nowicka. Quamejusmodi Plenipotentiam sic, ut præmissum factam, nos ratam, firmam, ac de Jure validam habentes haberiquè ab omnibus volentes, eam ad acta præsentia Metrices Regni suscipi, Idem inseri, et Partitia postulanti authenticè extradi permisimus. In quorum fidem etc. Actum et Relatio ut supra.

Actum Varsaviæ Feriâ Sextâ in Vigilia Festi S. Andreæ Apostoli Die scilicet Vigesimâ Nonâ Mensis Novembris Annô Domini Millesimô, Septingentesimo

Septingentesimô, Quinqua-
gesimô, Quartô.

Oblata Consensus cedendi de Capitaneatu San-
decensi Jśo Subdapifero Regni in Perso-
nam Jnośi Stanislai Malachowski Can:
cellarida Regni dati.

Augustus III. etc. Significamus etc. Oblatas esse ad acta
praesentia Metrices Regni Cancellariae nostrae Majo:
ris Literas Consensûs nostri cedendi de Capitaneatu
Sandecensi cum Jurisdictione Jnośo Stanislao Lubomir-
ski S. R. Jmperij Principi Subdapifero Regni in Perso-
nam Jnośi Stanislai Malachowski Cancellaridae Re:
gni dati, manu Nostrâ Regiâ subscripti, Sigillog
Majori Regni communiti tenoris sequentis. Augu:
stus Tertius Dei gratiâ Rex Poloniae, Magnus Dux Li:
thvaniae, Russiae, Prussiae, Masoviae, Samogitiae, Kijo:
viae, Volhyniae, Podoliae, Podlachiae, Livoniae, Smolen:
sciae, Severiae, Czerniechoviaeq; nec non Haereditarius
Dux Saxoniae, et Princeps Elector. Significamus pra:
sentibus Literis Nostris quorum interest Universis,
et singulis. Consensisse Nos, et permisisse, consenti-
re q; et permittere praesentibus Literis nostris Jśo:
ro Stanislao Principi Lubomirski Subdapifero Re:
gni ut possit, et valeat, de omni, et integro Jure
suo advitalitio, quod Ipsi super Capitaneatum
Sandecensem cum Jurisdictione, in Palatinatu
Cracoviensi situm, servit, et competit, cedere il:

Ludq

979. ludquè in Personam Jnōsi Stanislai Malachowski Cancellarida Regni plenariè transferre, et transfunde: re. Quæ quidem Cessio, Jurisquè Transfusio postea quam coram actis quibusvis authenticis Regni facta, et recognita fuerit, Nos eam ratam, et gratàm habituri sumus, uti eam, quæ pravicô hoccè Consensu Nostrô peragetur. Vigore cujus Cessionis præsentisquè Consensûs Nostri prædictum Capitaneatum cum Jurisdictione Sandecensem cum arce, Oppidis Sandecz, et Piwniczna tùm Villis, Curijs, prædijs, braxatorijs, tabernis, molendinis, agris, pratis, pascuis, campis, sylvis, nemoribus, stagnis, piscinis, fluvijs, fluminibus, Subditis, eorumquè diurnis laboribus, censibus, dationibus, cunctis deniquè attinentijs, et pertinentijs eo antiquitùs spectantibus nullis penitùs exceptîs, sedita latè, longè, et circumferentialiter prout ab antiquis, et immediatis Donatarijs possidebatur, prædictus J. Stanislaus Malachowski Cancellarida Regni justa præscripta Lustrationum tenebit, habebit, et possidebit ad extrema vita sua tempora. Promittimus autem pro Nobis, et Serenissimis Successoribus Nostris non esse Nos, Serenissimosq Successores Nostros ab usu, et pacifica possessione dicti Capitaneatûs Sandecensis cum Jurisdictione Eundem Jnōsum Stanislaum Malachowski Cancellaridam Regni amoturos, nequè amovendi cuipiam potestatem daturos,

sed salvo

sed salvum, et integrum Jus advitalitium Ipsi conservaturos. Quod et Serenissimi Successores Nostri præstabunt. Ratione cujus advitalitatis solitam Quartam proventuum Partem juxta Legum præscripta ad Thesaurum Regni inferre tenebitur. Juribus Nostris Regalibus Reiplcæ Ecclesiæque Romano-Catholicæ salvis manentibus. In quorum fidem præsentes manu Nostrâ subscriptas Sigil: Lô Regni communiri jussimus. Datum Varsaviæ Die XXVII. Mensis Novembris Annô Domini MDCC,= LIV. Regni verò Nostri XXII. Annô. Augustus Rex Locus Sigilli Majoris Cancellariæ Regni. Consensus cedendi de Capitaneatu cum Jurisdictione Sandecensi in Palatinatu Cracoviensi sito Gnôso Stanislao Principi Lubomirski Subdapifero Regni in Personam Gnosi Stanislai Malachowski Cancellariæ Regni datur. Adalbertus Rakowski S.R.M.tis et Sigilli Majoris Regni Secretarius. A tergo verò earundem Literarum verba sunt hæc: Cancellariatu Illustrissimi, et Excellmi Dñi Joannis Comitis in Końskie, et Białaczow â Malachowice Malachowski Supremi Regni Cancellarij Ostrolęcen etc. Capitanei Sigillatum. Quas ejusmodi Literas sic ut præmissum oblatas Nos ad acta præsentia Metrices Regni suscipi, ijsdem inseri, et Parti postulanti authenticè extradi, originale verò rursùs Offerenti restitui f: de quo recepto Cancellaria Nostra præsentibus

quietatur

quietatur / permisimus. In quorum fidem etc. Actu et Relatio ut supra.

Sub eodem actu.

Oblata Consensûs cedendi de Tenuta Stadta, seu Stadto dicta, et Jostwice cum attinentijs Illo Subdapifero Regni in Personam Jnosi Stanislai Matachowski Cancellarida Rni dati.

Augustus III. etc. Significamus etc. Oblatas esse ad acta praesentia Metrices Regni Cancellaria nostra Majoris Literas Consensûs Nostri cedendi de Tenuta Stadta seu Stadto dicta, et Jostwice cum attinentijs Jnoso Stanislao Lubomirski Saxri Romani Jmperij Principi Subdapifero Regni in Personam Jnosi Stanislai Matachowski Cancellarida Regni data, manu nostrâ Regiâ subscriptâ, Sigillôq majori Regni communitâ, tenoris sequentis. Augustus III. Dei Gratiâ Rex Polonia, Magnus Dux Lithvania, Russia, Prussia Mazovia, Samogitia, Kijovia, Volhynia, Podolia, Podlachia, Livonia, Smolenscia, Severia, Czerniechoviaq, nec non Hæreditarius Dux Saxonia, et Princeps Elector. Significamus praesentibus Literis Nostris quorum interest Universis, et singulis. Consensisse Nos, et permisisse, consentireq, et permittere praesentibus Literis nostris Jnoso Stanislao Principi Lubomirski Subdapifero Regni, ut possit, et valeat de omni, et integro Jure suo advitalitio, quod Ipsi super Tenutam Stadta, seu Stadto dicta et Jostwice

et Jostwice cum attinentijs servit, et competit ce:
dere, illudq; in Personam Generosi Stanislai Mata:
chowski Cancellarida Regni plenarie transferre, et
transfundere. Quo quidem Cessio, Jurisque Transfu:
sio postea, quàm coram actis quibusvis authenti:
cis Regni facta, et recognita fuerit, Nos eam ra:
tam, et gratam habituri sumus, uti eam quæ præ:
viô hôcce Consensu nostrô peragetur; Vigore cujus
Cessionis, præsentisque Consensûs Nostri prædictam
Tenutam Stadta, seu Stadto vocitatam, et Jostwi-
ce cum attinentijs, cum Curijs, Prædijs, braxato-
rijs, tabernis, molendinis, agris, pratis, campis, syl:
vis, nemoribus, stagnis, piscinis, fluvijs, flumini-
bus, Subditis, eorumq; diurnis laboribus, censibus,
dationibus, cunctis denique emolumentis attinen-
tijs, et pertinentijs, nullis penitùs exceptîs, sed ita
late, longè, et circumferentialiter prout ab antiquis,
et immedialis Donatarijs possidebatur, præfatus J.
Stanislaus Malachowski tenebit, habebit, et posside:
bit ad extrema vita sua tempora. Promittimus au-
tem pro Nobis, et Serenissimis Successoribus Nostris,
non esse Nos, Serenissimosque Successores nostros
ab usu, et pacifica possessione dicta Tenuta Sta:
dta seu Stadto, et Jostwice Eundem Jnosum Stani.
slaum Malachowski Cancellaridam Regni amoturos,
neque amovendi potestatem cuipiam daturos, sed
salvum, et integrum Jus advitalitium Ipsi con:
servaturos. Quòd et Serenissimi Successores No:

stri præ:

stri præstabunt. Ratione cujus Advitalitatis solita Quartam Proventuum Partem juxta Legum præscripta ad Thesaurum Regni inferre tenebitur. Juribus nostris Regalibus Reipłćæ Eclesiæq Romano-Catholicæ salvis manentibus. In quorum fidem præsentes manu nostra subscriptas Sigillô Regni communiri jussimus. Datum Varsaviæ Die XXVII. Mensis Novembris Annô Domini MDCCLIV. Regni verò Nostri XXII. Annô Augustus Rex. Locus Sigilli Majoris Cancellariæ Regni. Consensus Cedendi de Tenuta Stadła, seu Stadło dicta, et Jostwice cum attinentijs Jnôso Stanislao Principi Lubomirski Subdapifero Regni in Personam Jnôsi Stanislai Małachowski Cancellaridæ Regni datur. Adalbertus Rakowski S.R.Mtis, et Sigilli Majoris Regni Secretarius mp. A tergo verò earundem Literarum verba sunt hæc: Cancellariatu Illrmi, et Excellmi Domini Joannis Comitis in Końskie, et Białaczow â Małachowice Małachowski Supremi Regni Cancellarij Ostrołęcew etc. Capitanei Sigillatum. Quas ejusmodi Literas sic, ut præmissum oblatas Nos ad Acta præsentia Metrices Regni suscipi, ijsdem inseri, originale verò rursùs offerenti restitui: de quo recepto Cancellaria Nostra præsentibus quietatur: permisimus. In quorum etc. Actum et Relatio ut supra.

Actum

litatis solit
Legum ma:
tenebitur. Ju
siaq Roma:
uorum fide
Sigillô Re:
Varsavia
Domini
Annô Tu:
Cancellaria
Stadta, seu
ntijs Prosp
apifero Re:
atachowski
Secretarius
n verba sunt
ni Domini
czow â Ma:
egni Cancel
tum. Quas
tas Nos ad
ij ijsdem in-
tui f: de quo
quietatur: /
Relatio ut supr
ctum

Actum Varsavia Sabbathô in 904.
Vigilia Festi Immaculatæ Conce:
ptionis B.V. Mariæ Die scilicet Se:
ptimâ Mensis Decembris Annô Do:
mini Millesimô, Septingentesimô,
Quinquagesimô, Quartô.

Recognoscit Plenipotentiam J. Ogiński No:
tarius M. D. Lithª in Personam Jnôsi Grabow:
ski Colonelli Exercitus Regni.

Augustus III. etc. Significamus etc. Quòd coram No:
bis, actisq præsentibus Metrices Regni Cancellaria No:
stro Majoris personaliter comparens Jnôsus Michaël
Casimirus bini Nominis de Kozielsko Ogiński Nota:
rius M.D. Lithª Pinscenq, Czeczerscend, Uszpolend, Wa-
silscend, Masanensis Capitaneus, sanus mente, et
corpore existens, â Foro, Terris, Districtibus, et Jurisdicti-
one sua quavis propria, et competenti recedendo, pra:
senti verò Nostræ Regiæ Jurisdictioni se cum Bonis su:
is generaliter omnibus subijciendo, et incorporando
sponte, palam, liberè, ac per expressum recognovit,
præsentibusque recognoscit. Quia Ipse Plenipotenti-
am in Personam Jnôsi Joannis Grabowski Colonelli
Exercitûs Nostri, et Reipłæ factam, et more Lithua-
nico confectam, manibusque moderni Recognoscen-
tis, et amicorum subscriptam, polonico Idiomate
Die hodierna in actu contenta hic Varsaviæ scri:
ptam

ptam tenoris sequentis. Michał Kazimierz z koziel:
ska Ogiński na Baksztach, y Komarnie Hrabia Pisarz
Polny W.X. Litt^o. Piński Sądowy, Czeczerski, Uszpol:
ski, Wasiliski, Mazański etc. Starosta. Będąc zdrowy
na Ciele, y umyśle odstąpiwszy od swoiey własney ju:
risdikcyi, a teraźnieyszey się poddaiąc, czynię wia-
domo każdemu, komu by otym wiedzieć należało,
tym moim Listem dobrowolnym plenipotencyal:
nym zapisem danym na to; Iż co ja Pisarz Pol:
ny W.X. Litt^o chcąc mieć w należytym porządku, et
quam in optimo statu wszystkie Dobra moie. For-
tuny, intraty, interessa, sprawy po rożnych Sub:
selliach w Koronie Polskiey, y Wielkim Xięstwie Li:
tewskim agituiące się, et agitari maiące uprosi:
łem W. Jmci Pana Jana Grabowskiego Pułkownika
Reymentu Konnego Nayiaśnieyszego Krolewica
Jmci, ktorego Jmci za swego własnego, y w niwczym
niewątpliwego Plenipotenta obieram, czynię, y
postanawiam, daiąc, y pozwalaiąc temuż Jmci Pa-
nu Pułkownikowi zupełne pozwolenie, moc, y wła-
dzą, Sprawy moie generalnie wszystkie, y wszelkie
z iakiemi kolwiek osobami w każdym Sądzie, y Ur:
zędzie na Kommissyach, Kondescensyach, y wszel:
kich subselliach w Koronie Polskiey, y w Wielkim
X. Litewskim agituiące się, y sądzić się maiące
promowować, prawnie bronić, stawać, kompa:

rycye

rycye zapisywać, Dekreta przyimować, od prze:
ciwnych appellacye zakładać, y przeciwko onym
aktoraty wynosić, winy Sądowe podnosić, z podnie.
sionych kwitować, przysiąg attentować, inne
Sprawy, Interessa per strepitum Juris, czyli też
per amicabilem compositionem konkludować, Do.
brami memi iako chcąc władać rządzić, dyspono-
wać, zastawować, przedawać, zamieniać, inne
kupować z zastaw eliberować, do Dobr intromitto-
wać się, obeymować, Summy na własną potrzeb
moią zaciągać, ewikcye na Dobrach moich zapi.
sywać, intratami, prowentami wszelkiemi zawia-
dywać, dysponować, Kommissarzow, Plenipotentow,
rachunkow de perceptis, et expensis słuchać, likwido=
wać, onych odmieniać, innych installować, kre:
densować, y cokolwiek pro usu, necessitate, et exi.
gentia interessow moich potrzeba wyciągać będzie, wo.
len, y mocen czynić będzie, a cokolwiek uczyni, po-
stanowi, to wszystko pro firmo, rato, et grato, iako
Imięniem moim czynić maiącemu przyiąć dekla:
rację się y tym Listem dobrowolnym plenipoten-
cyalnym zapisem do lat czterech consecutivè po
sobie idących moc, władzą, y walor daię, y mieć
chcę, ktory to zapis Plenipotencyalny przy upro-
szonych ustnie, y oczywisto Jchmć PP. Sieczę-
tarzach ręką własną stwierdzam, y podpisuię. Pi:
san w Warszawie Roku Tysiąc Siedmset Piędzie:

siąt

siąt Czwartego. Miesiąca Decembra Siodmego Dnia Michał Ogiński P.P. W.X.L. Ustnie y oczywisto proszony Pieczętarz od JWJmć Pana Michała Ogińskiego Pisarza P.W.X.L. do tey Plenipotencyi W. Jmci Panu Janowi Grabowskiemu Pułkownikowi JK. Mci danej podpisanie się. M. Wielohurski. proszony ustnie, y oczywisto Pieczętarz do tego Plenipotencyinego zapisu podpisuię się. Ant. Ostromęcki Obożny Płu Pińskiego. per se Recognoscente realiter factam esse recognovit, eandemque Plenipotentiam in omnibus nexibus, et ligamentis ratificat, et confirmat, eidemque stare, et satisfacere præsentibus declarat. Hâc suâ personali Recognitione ad præmissa mediante in formaalis Recognitionis Plenipotentia plenissima, et perfectissima, quam Idem Recognoscens manu suâ propriâ subscripsit. Michał Ogiński P.P. W.X.L. Quam ejusmodi Recognitionem Plenipotentia sic, ut præmissum factam Nos ratam, firmam, ac de Jure validam habentes, habereque ab omnibus volentes, eam ad acta præsentia Metrices Regni suscipi, ijsq inseri, et Parti postulanti authentice extradi permisimus. In quorum fidem etu. Actum ut supra Relatio Illrmi, et Excellmi Dni Joannis Comitis in Konskie, et Białaczow á Małachowice Małachowski Supremi Regni Cancellarij Ostrolęcen, et Buzniovien. Capitanei.

Sub eodem Actu.

Constituit Plenipotentę Gnōsus Oginski Notarius M. D. Litt.ae Gnōsum Grabowski Colonellum Exercitûs Regni.

Augustus III etc. Significamus etc. Quod coram Nobis Actisquè præsentibus Metrices Regni Cancellarice Nostræ Majoris personaliter comparens Gnōsus Micha: el Casimirus bini Nominis de Kozielsko Oginski Notarius M. D. Litt.ae Pinscensis Czeczerscensis, Uszpolensis, Wasilscensis, Masanensis, Capitaneus sanus mente, et corpore existens à Foro, Terris, Districtibus, et Jurisdictione sua quavis propria, et competentiæcedendo præsenti verò Nostræ Regiæ se cum bonis suis generaliter omnibus subijciendo, et incorporando sponte, palam, liberè, ac per expressum recognovit, præsentibusquè recognoscit. Quia Ipse Gnosum Joannem Grabowski Colonellum Exercitûs Nostri, et Reipłcæ in suum verum, Legitimum, ac indubitatum Plenipotentem eligit, constituit, facit, inscribit, ac solenniter ordinat, dans, et concedens Ipsi plenariam facultatem, omnimodamquè potestatem, causas sui Recognoscentis Juridicas generaliter omnes, et singulas cum quibusvis Personis, occasione cujusvis negotij in omni officio, seu Judicio Majoris Minorisvè Subsellij tàm Regni, quàm M. D. Litt.ae habitas, et habendas, institutas, et instituendas promovendi, defendendi, Jure tuendi, comparitiones inscribendi, Decreta suscipiendi, à contrarijs appellandi

pellandi, seu movendi, juramenta attentandi, panas Judiciarias Levandi, de Levatis quietandi, Intromissiones in Bona offerendi, et apprehendendi, executiones urgendi, attentandi, arresta imponendi, Bona emendi, vendendi, de ijsdem disponendi, Evictiones inscribendi, Interessequè quovis, sive per amicabilem compositionem, sive per strepitum Judiciorum cludendi, cæteraquè pro Causarum, et negotiorum exigentia debita Legis viâ peragendi. Offerendo se omne per Ipsum Juridice, et Legitimè peractum pro rato, et grato suscepturum. Quam Plenipotentiam ad Quadriennium duraturam Idem Recognoscens subscripsit. Michał Ogiński PP. W.X. Lith. Quam ejusmodi Plenipotentiam, sic ut præmissum factam, et recognitam, nos ratam, firmam, ac de Jure validam habentes, haberiquè ab omnibus volentes, eam ad acta præsentia Metrices Regni suscipi, ijsdem inseri, et parti postulanti authenticè extradi permisimus. In quorum fidem etc. Actum, et Relatio ut supra.

Actum Varsavia Feriâ Quartâ post Festum S. Nicolai Episcopi proximâ Die scilicet Undecimâ Mensis Decembris Annô Domini Millesimô, Septingentesimô, Quinquagesimô, Quartô.

Oblata Juris Communicatio super Capitaneatum Rositensem Jnôsæ Catharinæ Julian-

næ

næ de Kloppmanny Gnõsi Korff Consorti ser:
vientis.

Augustus III. etc. Significamus etc. Oblatum esse
ad acta præsentia Metrices Regni Cancellaria No:
stræ majoris Privilegium Juris communicativi su-
per Capitaneatum Rossitensem cum attinentijs
Gnõsæ Catharinæ Juliannæ Kloppmann Gnõsi Fri-
derici Sigismundi Korff Capitanei Nostri Rossi-
tensis Consorti serviens, manu Nostrâ subscriptæ
Sigillisque Minori Regni, et Majori M. D. Litt.
communitum, sanum, salvum, et illæsum, omni
quæ suspitionis nota carens, tenoris sequentis. Au:
gustus Tertius, Dei Gratiâ Rex Poloniæ Magnus
Dux Lithvaniæ, Russiæ, Prussiæ, Masoviæ, Samo-
gitiæ, Kijoviæ, Vothyniæ, Podoliæ, Podlachiæ, Livo-
niæ, Smolenscia, Severiæ, Czerniechoviæque, nec
non Hæreditarius Dux Saxoniæ, et Princeps
Elector. Significamus præsentibus Literis No-
stris quorum interest universis, et singulis.
Quia nos merita Gnõsi Friderici Sigismundi
Korff Capitanei Rossitensis gratia Nostra prose:
qui volentes, faciendum esse duximus, ut advitalitiæ
Jus, quod Illi super Capitaneatum Rossitensem cu
attinentijs in Ducatu Lithvaniæ consistentem ser-
vit, et competit, Gnõsæ etiam Catharinæ Julian:
næ Kloppmann Conjugi Ipsius concederemus, et
communicaremus, prout concedimus, et commu-
nicamus hisce Literis Nostris, ita, ut Eundem

Capitane:

Capitaneatum jam non Ipse solus verùm etiam Con-
sors Ipsius ambo in solidum, tam conjunctim, quàmdi-
visim cum omnibus Pradijs, agris, Campis, sylvis, nemo-
ribus, Lacubus, fluvijs, fluminibus, stagnis, molendi-
nis, tabernis, Subclitis, eorumquè laboribus, ac cete-
ris omnibus attinentijs, et pertinentijs eò antiquitùs
spectantibus, teneant, habeant, et possideant ad ex-
trema vitæ suæ, vel alterigris Eorum superstitis tem-
pora. Promittimus autem pro Nobis, et Serenissimis
Successoribus Nostris, non esse nos, Serenissimosquè
Successores Nostros memoratos Jnosos, Fridericum
Sigismundum Korff, et Catharinam Juliannam Klop-
pmann Conjuges ab usu, et pacifica possessione dic-
ti Capitaneatûs amoturos, neq; amovendi potesta-
tem cuipiam daturos, sed salvum, et integrum Jus
Advitalitium ambobus conservaturos. Quòd et Sereniss-
simi Successores Nostri præstabunt. Ratione cujus
Advitalitatis solita onera Reipl̃cæ tempore solito pre-
stare tenebuntur. Juribus Nostris Regalibus, Rei-
publicæ Ecclesiæq; Romano-Catholicæ salvis ma-
nentibus. In quorum fidem præsentes manu No-
stra subscriptas. Sigillô Regni, et M. D. Littæ com-
muniri jussimus. Datum Varsaviæ Die IX. Men-
sis Xbris Anno Domini MDCCLIV. Regni verò
Nostri XXII. Annô. Jus communicativum Jnosæ
Catharinæ Juliannæ Kloppmann super Capitane-
atum Rossitensem cum attinentijs datur. Augu-
stus Rex. Locus Sigilli Minoris Cancellariæ Re-
gni. Joannes Klossowski Canonicus Cathlis Premi-

slien

lienę S.ª R.ª M.tis Sigilli Regni Secretarius. Locus Sigilli Majoris Cancellariæ M. D. Litt.ª Josephus Dulęba S.ª R.ª M.tis Sigilli Majoris M. D. Litt.ª Secretarius. A tergo verò Ejusdem Privilegij verba sunt hæc. Profancellariatu Illr.mi Excell.mi, et Rev.mi Dñi Michäelis Comitis de Granow Wodzicki Decani Cathedralis Cracovienę Abbatis Commendatarij Cerveneneę, et Clara Tumbæ Profancellarij Regni Sigillatum. Cancellariatu Celsissimi, ac Illustrissimi Principis Michäelis Ducis in Klewan, et Zukow Czartoryski Supremi M. D. Litt.ª Cancellarij Homelien Georgenburgensis, Usviatensis, Poclusiviatensis Capitanei Sigillatum. Quòd ejusmodi Privilegium sic, ut præmissum obtatum Nos ad acta præsentia Metrices Regni suscipi, ijsdem inseri, et Partipostulanti authenticè extradi, originale verò offerenti restitui [: de quo Cancellaria nostra præsentibus quietatur :] permisimus. In quorum fidem etc. Actum ut supra. Relatio Illr.mi Excell.mi, et R.mi Dñi Profancellarij Regni.

Actum Varsaviæ Feriâ Tertia post Dominicam Reminiscere Quadragesimalem proximâ Die scilicet Vigesimâ Quintâ Mensis Februarij Annô Domini Millesimô, Septingentesimô, Quinquagesimô, Quintô.

Cedit de Summa Quinquaginta Septem Millium

Millium Sexcentorum, Sexaginta Septem flo:
renorum Polonę S. Matachowski Capitaneus Osie:
cimen: in Personam Mgci Matachowski Supre:
mi Regni Cancellarij

Augustus III. etu. Significamus etu. Quomodò coram
Actis præsentibus Metrices Regni Cancellariæ Nostræ
Majoris, personaliter comparens Generosus Adamus
à Matachowice Matachowski Capitaneus Osiecimen-
sis, Colonellus Cohortis Loricatæ Nostræ, suo, et Je:
nerosæ Annæ de Rosnowskie, olim Gnosi Rosnowski
Josephi Dapiferi Sanocen. cum olim Gnosa Theophila
Victoria bini Nominis Siemianowska primitiva ejus
Consorte procreata Filiæ, Consortis verò suæ Legiti-
mæ: pro cujus ratihabitione cavet, et se præsenti-
bus in forma plenissima inscribit: nomine, sa:
nus mente, et corpore existens, à foro, Terris, Distri-
ctibus, et Jurisdictione sua quavis propria, et com-
petenti recedendo, præsenti verò Nostræ Regiæ Ju:
risdictioni se cum Bonis suis generaliter omni-
bus subjiciendo, et incorporando, sponte, palam, li-
berè, ac per expressum recognovit, præsentibusque
recognoscit. Quia Ipse de omni, et integro Jure
suo, ac præsertim suprafatæ Gnõsæ Annæ de Ro-
snowskie Consortis suæ, videlicet de Summa Quin:
quaginta Septem millium Sexcentorum Sexaginta
Septem florenę polonę Eandem Gnõsam Consortem
suam Jure naturali concernente, originaliter in Bo-
nis Bodzechow cum attinentijs, in antecessum ha:

rente

rente, Decreto Officij Castrenz Sandomirienz Feriâ Ter-
tiâ post Dominicam jubilate proximâ Annô mille:
simô, Septingentesimô, Quadragesimô, Septimô, inter
Mgcos olim Paulum Carolum Supremum, et Janu-
sium alexandrum protuni Ensiferum, ad praesens Cu:
ria M. D. Littae Mareschalcos Parentem, et Filium Du:
ces Sanguszki, Joannem Matachowski Supremum
Regni Cancellarium ab una, et prämemoratos Gene-
rosos Josephum Rosnowski Dapiferum Sanocenz,
sequi Recognoscentem, ac eandem Gnosam Annä
de Rosnowskie Matachowska Capitaneam Osuiecimen
Consortem suam, ac alios parte ab altera prolato
f: praviâ Summa suprascripta pro re Gnosa Consor-
tis sui Recognoscentis providenda, et inscribenda
securitate f: solis injunita, per praelibatum Mgcum
Matachowski Supremum Regni Cancellarium ad
manus ejusdem olim Gnosi Rosnowski Dapiferi Sa-
nocenz Parentis dictä Gnosä de Rosnowskie Ma-
tachowska, sui Recognoscentis Consortis f: praviâ
Summä ejusdem unà cum alijs Summis Cessi-
one in Personam praesserti Magnifici Supremi
Regni Cancellarij coram actis Castrenz Sando-
mirienz Feriâ Secundâ, post Dominicam Sma,
et Individuä Trinitatis proximâ Annô eodem Mil:
lesimô, Septingentesimô, Quadragesimô, Septimô
per Eundem Gnosum Rosnowski Dapiferum Sanocen,
Dominum Summa supra exarato Advitalitium
in Bonis suis generaliter omnibus, ac praecipuè
in Summa sua obligatoria Centum Quinquagin-

ta Millia

ta Millium florenę polonę in Bonis Oppidi Cmielow protune existente, Eidem Gnosa de Rosnowskie Matachowska Capitanea Oświecimenę, Filia sua, moderni Recognoscentis Consorti, uno eodemque actu inscripta, et ad solvendum assecurata, demum post fata ejusdem Gnosi Josephi Rosnowski Dapiferi Sanocenę Parentis, per Complanationem, sive exdivisionem certam, inter Gnosos Helenam de Sołtyki præfati Gnosi Rosnowski Dapiferi Sanocen secundariam Consortem relictam Viduam, Matrem, suo, et Generosi Joannis Rosnowski Minorennis in tutela Materna existentis nomine ab una, Stanislaum Vexilliferum Cohortis Hastatæ, Simonem Succamerarium Nostros ab altera, Theresiam olim Gnosi Christophori Skotnicki Consortem, in assistentia protune Maritali á tertia partibus, Filios, et Filiam Rosnowskie, Successores olim dicti Gnosi Josephi Rosnowski, Dapiferi Sanocen, in virtute Decreti Condescensorialis in fundo Bonorum Oppidi Cmielow inter supradictos Mgcos Duces Sanguszki, Mgcum Matachowski Supremum Regni Cancellarium, ac eosdem Gnosos Rosnowskie Annô Millesimô, Septingentesimô, Quadragesimô, Nonô prolati, ad acta Castrensia Sandomirien Feriâ Secundâ postridie Festi Sctæ Margarethæ Virginis et Martyris Annô eôdem per oblatam porrecti, in Brostowa, Die Secundâ Mensis Julij Annô eôdem Millesimô, Septingentesimô, Quadragesimô, Nonô.

initam

initam, ac conscriptam, actisque Castrens Sandomi-
rien Feriâ Secundâ post Festum Visitationis B.V.
Mariæ Annô eôdem roboratam, ad eademque acta
Feriâ Secundâ postridie Festi Sæ Margarethæ Virgi:
nis, et Martyris, itidem annô eôdem per oblatam por-
rectam, circa exemptionem sui de Bonis ijsdem Oppi-
di Chmielow, in manibus mgci Małachowski Supre-
mi Regni Cancellarij ad exolvendum relicta, dieque
hodiernâ totaliter, et realiter per eundem mgcum Su-
premum Regni Cancellarium Summâ prænomina-
ta Capitali Quinquagintâ Septem millium Sexcen-
torum Sexagintâ Septem Florenꝛ polonꝛ, una cum
provisionibus omnibus ab eadem Summa proveni-
entibus ad manus sui Recognoscentis prorę, et in-
teresse supradictæ Gnōsæ Consortis suæ exoluta, et
enumerata, tùm de Juribus, et documentis quibus-
vis ad id pertinentibus, nec non Decretis solutio:
nis hoc in negotio subsecutis, ac Complanationibꝰ
quibusvis, eumque omni, et integro Jure, Dominio,
proprietate, competentiaq; Universa, nihil pro se,
nec pro dicta Gnōsa Consorte sua ex eadem Sum-
ma reservando, et excipiendo, verum totaliter,
et plenariè prout præmissa se Recognoscentem,
ac Gnōsam Consortem suam concernebant, et le-
gitimè sibi serviebant, jam ex nunc, et de facto su:
pranominato mgco Joanni Comiti in Koñskie, et
Białaczow á Małachowice Małachowski Supre:
mo Regni Cancellario Ostrołęcenꝛ, et Buczniо-
vienꝛ Capitaneo moderno Oppidi Chmielow
Bonorum

997.

Bonorum cum attinentijs Haredi, et illius Succ=
cessoribus /: acceptâ pro præmissis plenariâ satis-
factione :/ cessit, et condescendit, prout cedit, et con-
descendit, præsentibûs, omnequæ, et integrum Jus su-
um, et dicta Jnósa Consortis sua præmissorum omni-
um, ac singulorum in Eundem Mgcum Supremum
Regni Cancellarium, et Illius Successores totaliter,
et plenarie transfudit, transtulit, et incorporavit,
prout transfundit, transfert, et incorporat præ:
sentibûs. Evictionem sufficientem ab omnibus gene-
raliter impetitionibus, respectu ejusdem Summæ
per quascunquæ Personas exoriundis, ex re, et Per-
sona sui Recognoscentis, ac Jnósa supradicta Con-
sortis sua, Suorumq; Successorum cavet, et proca
se in Bonis suis generaliter omnibus præcipuè
in Bonis Bakowa Jora in Palatinatu Siradien
sibb, et jacenq Eidem Mgco Supremo Regni Can-
cellario inscribit. Nihilominus Idem Jnósus Re-
cognoscens de, et super Bonis suis generaliter
omnibus Eidem Mgco Supremo Regni Can:
cellario se inscribit, et obligat præsentibûs suprа-
scriptam Jsám Consortem suam ad acta quæ-
vis Authentica Regni in spatio duodecem se-
ptimanarum adducturum, et personaliter sta-
tuturum, ad approbandam per Ipsam præsente
cessionem suo, et Ipsius Nomine factam, sive
alteram similem in assistentia competenti

faciendam

faciendam, et recognoscendam, sub vadio Súmæ
suprascriptæ correspondenti, casu contraventi-
onis succumbendo, et coram Officio Castrens. San-
domiriens. sive alio quovis competenti vindi-
cando, se ac Successores suos declarat. Hâc
suâ personali Recognitione ad præmissa me:
diante. Quam Idem Recognoscens manu pro-
pria subscripsit. Adamus Matachowski Duca:
tus Osviecimen. et Zatoriens. Capitaneus mp. Qua
ejusmodi cessionem, Jurisque Transfusionem, sic,
ut præmissum factam Nos ratam, firmam, ac
de Jure validam habentes, habereque ab omni-
bus volentes, eam ad Acta præsentia Metrices Re:
gni suscipi, ijsdem inseri, et Parti postulanti,
authentice extradi permisimus. In quorum fi:
dem etc. Actum ut supra. Relatio Illrmi, et Ex:
cellmi Dni Joannis Comitis in Konishcie, et Bia-
tacrow â Matachowice Matachowski Supremi
Regni Cancellarij Ostrolęcen. et Buzniov.
en. Capitanei.

Sub eodem Actu.

Inscribit J. Matachowski Capitaneus Osvie:
cimensis Snoia Consorti sua recompensam.
Augustus III. etc. Significamus etc. Quomodo co-
ram actis præsentibus Metrices Regni Cancella:
ria Nostræ Majoris personaliter comparens Ge:

nerosus

999. nerosus Adamus à Matachowice Matachowski Capitaneus Oswiecimenę Colonellus Cohortis Nostræ Loricatæ sanus mente, et corpore existens à Foro, Terris, Districtibus, et Jurisdictione sua quavis propria, et competenti recedendo præsenti verò Nostro Regiæ Jurisdictioni se cum Bonis suis generaliter omnibus subijciendo, et incorporando sponte, palam, liberè, ac per expressum recognovit, præsentibusque recognoscit. Quia Ipse in recompensam Cessionis suæ, et Jnósæ Annæ de Rosnowskie olim Jnósi Josephi Rosnowski Dapiferi Sanocenę cum olim Jnósa Theophila Victoria bini nominis Siemianowska procreatæ Filiæ, Consortis suæ, Nomine per se Recognoscentem in Personam M^gci Joannis à Matachowice Matachowski Supremi Regni Cancellarij, Ostrolęcenę, et Bucznioviene Capitanei sub Actu hodierno coram Actis præsentibus Metrices Regni facta, et recognita, Eidem Jnósæ Annæ de Rosnowskie Consorti suæ Legitimæ Summam in dicta Cessione expressam Quinquaginta septem Millium Sexcentorum Sexaginta Septem florenę polonę de manibus suprascripti M^gci Supremi Regni Cancellarij Die hodierna per se Recognoscentem Levatam in Bonis suis generaliter omnibus,

bus, singulariter in Bonis Bąkowa Gora in Palatinatu Siradiensi sitis, in et pro Crastino Festi Nativitatis S. Joannis Baptista in Anno Deodante futuro Millesimô, Septingentesimô, Quinquagesimô, Sextô inscribit, ac se coram actis Castren. Sandomirien. soluturum obligat sub vadio similis Summa Quinquaginta Septem Millium, Sexcentorum, Sexaginta, Septem florenorum polon. casu contraventionis huic inscriptioni succumbendo, et in illo Officio, vel alio quovis competenti Judicio se, ac Successores suos declarat. Hâc suâ personali recognitione admissa mediante, quam idem Jnosus Recognoscens manu suâ propriâ subscripsit. Adamus Malachowski Ducatuum Osvieciimen. et Zatorien. Capitaneus mp. Quam ejusmodi Jnscriptionem sic, ut premissum fatam, Nos ratam, et firmam habentes, haberiq ab omnibus volentes eam ad acta præsentia Metrices Regni suscipi, ijsdem inseri, et parti postulanti authentice extradi permisimus. In quorum fidem etc. Actum et Relatio ut supra.

Actum Varsaviæ Feriâ Sextâ ante Dominicam Oculi Quadragesimalem proximâ Die Sabbati Vigesimâ Octavâ Mensis Februarij

1001.

Februarij Annô Domini Millesimô, Septingentesimô, Quinquagesimô, Quintô.

Oblata Privilegij manumissionis Honoratorum Barbara, Feliciani, Joannis, et Agnetis Pawlowskich.

Augustus III. etc. Significamus etc. Oblatum esse ad acta praesentia Metrices Regni Cancellariæ Nostræ Majoris Privilegium manumissionis Honoratis Barbaræ, Feliciano, Joanni, et Agneti Pawlowskim Liberis Honorati olim Joannis Thadæi Pawlowski Civis Horodecensis ex annexione glebæ serviens, manu Nostra subscriptum, et Sigillô Minoris Cancellariæ Regni communitum, sanum, salvum, et illesum, omnisque suspitionis nota carens, tenoris qui sequitur talis. Augustus Tertius Dei Gratiâ Rex Poloniæ, Magnus Dux Lithuaniæ, Russiæ, Prussiæ, Masoviæ, Samogitiæ, Kijoviæ, Volhyniæ, Podoliæ, Podlachiæ, Livoniæ, Smolenscia, Severiæ Czerniechoviæq, nec non Hæreditarius Dux Saxoniæ, et Princeps Elector. Significamus præsentibus Literis Nostris quorum interest universis et singulis supplicatum Nobis esse per certos Consiliarios Nostros Lateri Nostro assidentes Nomine, et pro parte Liberorum per Honoratum olim Joannem Thadæum Pawlowski Civem Oppidi Nostri Horodec magistrum in arte sartoria Virum Ho-

nestum

nestum nulli maculæ originis suæ obnoxium
de vita, et moribus optimè commendatum, pro-
creatorum, videlicet Barbaræ, Feliciani, Joannis,
et Agnetis Pawłowskich Fratrum, ac Sororum in-
ter se germanarum, quatenus eosdem Liberos ab
omni si alicui subsunt annexioni gleba, libera:
remus, et manumitteremus, liberosque, et immu-
nes à quarumvis Personarum impetitione de:
clararemus; Cui supplicationi benigni annu:
entes, ac eisdem Liberis Clementiam Nostram
Regiam præstare cupientes, præfatos Honoratos
Barbaram, Felicianum, Joannem, et Agnetem,
Pawłoskich Fratres, et Sorores inter se germanas li-
beramus, et manumittimus, omniquè libertate in Re-
gno, Dominijsq; ac Civitatibus Nostris frui, et gau-
dere permittimus, nulliquè Subditatui obnoxios, imò
Liberos, ac immunes semper, et ubiquè haberi vo-
lumus, et declaramus, ab impetitione quarumvis
Personarum in protectionem Nostram Regiam af-
sumimus; Decernentes eosdem Honoratos Pawłow-
skie unà cum Successoribus de lumbis eorum pro-
cedentibus pleno Libertatis jure, ac bonâ famâ
gaudere, et frui debere. Quod ad notitiam omni-
um quorum interest deducentes, mandamus, ut
eosdem Honoratos Pawłowskie unà cum Succes:
soribus suis pro liberis, immunibus, ac manu-
missis habeant, et agnoscant, neque quovunq;
titulô, prætextu, et colore molestare, et inter:

turbare

rius Ostrolęcen, et Buczniovien, Capitaneus, olim
Mgci Stanislai Malachowski Palatini Posna-
niensis cum olim Mgca Anna Principissa Lu:
bomirska procreatus Filius, olim verò Jnósi
Alexandri Lubomirski Capitanei Sandecen
S.R. Jmperij Principis Nepos, olim autem præ:

dictæ

dicta Mgca Constantia Ligezianka olim Mgci Je:
orgij Lubomirski Supremi Regni Mareschalci Con-
sortis Pronepos, olim autem Mgca Sophia Krasińska,
olim dicti Mgci Stanislai Krasinski Palatini Plo:
cen. Filia, olim verò prænominati Mgci Nicolai
Ligeza Castellani Sandomirien. Consortis Abne:
pos, suo, et aliorum Mgcorum, et Gnosorum Consu-
cessorum suorum vigore Plenipotentiarum, et
quidem Prima â Gnoso Hieronymo Wielopolski
inante Pincerna, ad præsens verò Supremo Sta-
buli Regni Præfecto Feriâ Secundâ post Festu
Purificationis Beatissimæ Virg.nis Mariæ in Actis
Metrices Regni, alterius â Gnoso Theodoro Lubo-
mirski Capitaneo Boguslavien. Sacri Romani
Imperij Principe, Feriâ Quartâ post Dominicam
Sexagesimæ in Castro Opocnen, tùm Tertia â
Mgco Venceslao Rzewuski Palatino Podoliæ Cam-
pi Ductore Regni Feriâ Secunda post Festum S.
Mathiæ Apli in Castro Buscen, Quarta â Gnoso
Josepho Lubomirski Subclapifero M. D. Lttæ Die
Decimâ Quartâ Mensis Aprilis in Castro Kijovien,
Quinta â Gnoso Stanislao Lubomirski Subclapi-
fero Regni itidem S. R. Imperij Principe Feriâ Secun-
dâ ante Festum S. Bartholomæi Apli in Actis Me-
trices Regni, Sextæ â Gnoso Eustachio Potocki
Capitaneo Ilumacen ad præsens Pincerna Regni
Feriâ Secundâ post Festum S. Francisci Confes-

soris

soris in Castro Varsavien, Septima á Jnóso Franci-
sco Salesio Potocki Jncisore Regni Feriâ Secundâ
post Festum SS. DO. in Castro Belzensi, Octavæ
á Jnóso Mariano Potocki Capitaneo Praboveensi,
Feriâ Secundâ in Crastino Festi S. Martini Pon-
tificis in Castro Belzensi omnium in anno
Millesimo, Septingentesimo, Quinquagesimo, Ter-
tio subsecutarum specialiter sibi adinfra peragen-
da datarum, tum quoq, et aliorum Consucceso-
rum tam ex capite olim Mgcæ Sophiæ Krasiń-
ska, olim Mgci Stanislai Krasińshi Palatini
Plocen, Filiæ, olim verò dicti Mgci Nicolai Li-
gęza Castellani Sandomirien, Consortis, quàm
ex capite olim Jnósæ Elisabethæ Krasińska Ejus-
dem olim dicti Mgci Stanislai krasińshi Filiæ,
jam verò olim Jnósi Georgij Kuźińshi Capitanei
Krusicien Consortis procedentium ſ pro quorum
ratihabitione in forma Juris plenissima pacem
cavet ſ Nomine agens á Sexta Partibus, sani men-
tibus, et corporibus existentes, á Foro, Terris, Di-
strictibus, et Jurisdictionibus suis quibusvis pro-
prijs, et competentibus recedendo, præsenti verò No-
stra Regia Jurisdictioni se cum Bonis suis gene-
raliter omnibus subijciendo, et incorporando, spon-
te, palam, liberè, ac per expressum recognoverunt,
præsentibusquè recognoscunt. Quia Ipsi Conventi-
onem certam hic Varsaviæ Die hodierna in Actu

Contenta

contenta inter se Recognoscentes suo, et aliorum No:
mine, ratione certarum rerum, et Conditionum inibi.
dem expressarum initam, et conscriptam, manibus sui
Recognoscentium, et Amicorum mediatorum subscri-
ptam, damnis Terrestribus firmatam in omnibus
ejusdem Conventionis amicabilis punctis, clausulis,
articulis, nexibus, Foro, et ligamentis approbant, con-
firmant, roborant, et ratificant, eidemque Conventioni
suæ præsentibus roboratæ tàm in toto, quàm in qua-
vis minima parte se se suis cum Successoribus sa:
tisfacere submittunt, præsentibusque declarant; Id:
que sub damnis Terrestribus simplici verbo absque
juramento corporali taxandis, et ediendis in casu
præsenti Conventioni in aliquo puncto per aliquem
Partium contraventionis, eidemque non satisfacti:
onis per Partem, sive Partes eandem Complanatio-
nem manutenentem, et adimplentem Successoresq;
adimplentes à Contravenientibus eidem Conventioni
eorumq; Successoribus semotis omnibûs Juris dilatoriis
protelationibus, et Fori exceptione in Foro ubiquina-
rio majorum, minorumvè Subsellionum utriusq;
Provinciæ Polonæ vindicandis. His suis personali-
bus Recognitionibus adjunctis mediantibus. In for-
ma aliàs Roborationis plenissima, et de Jure perfe-
ctissima. Quam ijdem Recognoscentes manibûs suis
propriis subscripserunt. Antoni Kvasiński K.Z.Z. Mi:
chał Hieronim Krasiński mp. Stanisław Korwin Kra:

sińskí

siński Starost. N̄ Theodorus Szydłowski S. W. mp.
Jan Małachowski K.W.K. mp. Marya z Sieniawskich
Xżna Czartoryska W. T. Z. R. y P. August X. Czar-
toryski W. T. Z. R. Stanisław Lubomirski S. W. K.
V. z Branickich Lubomirska. Marya z Lubomir-
skich Xiężna Radziwiłłowa. Antoni Potocki mp.
Quam ejusmodi Roborationem sic, ut præmissa
factam nos ratam, firmam, ac de jure validã
habentes, haberique ab omnibus volentes, eam
ad acta præsentia Metrices Regni suscipi, ijs-
dem inseri, et Parti postulanti authentice ex-
tradi permisimus. In quorum fidem etc. Actũ
ut supra Relatio Illrmi, et Excellmi Dñi Su-
premi Regni Cancellarij.

Sub eodem Actu.

Donat Sortem Bonorum Uxorialium Jnō: sa Carolina de Mosel Jnōso Stomiński Metrices Regni Præfecto Marito suo.

Augustus III etc. Significamus etc. Quomodo coram
actis præsentibus Metrices Regni Cancellaria No-
stra Majoris personaliter comparens Jnōsa Carolina
de Mosel, Generosi Joannis Nepomuceni Stomiń-
ski Metriles Regni Cancellaria Minoris Præse-
cti Consors in assistentia Jnōsi Joannis Czwordo-
wicz Secretarij Nostri sana mente, et corpore exi-
stens, à Foro, Terris, Districtibus, et Jurisdictione
sua quavis propria, et competenti recedendo pre-
senti verò Nostræ Regiæ Jurisdictioni se cum Bo-
nis suis

nis suis generaliter omnibus subijciendo, et incorpo-
rando sponte, palam, liberè, ac per expressum reco-
gnovit, presentibusque recognoscit. Quia illa Pro-
le desiderata carens, sola contemplatione morta-
litatis præcipuè cum unicuiq; quamvis certa mors
restat, hora tamen ipsius ꝑ omnes latet; amore ꝑ
Conjugalem Prósi Joannis Stominski charissimi
Mariti sui recompensando, purog; ꝑ affectu regra-
tificando, Eidem jam ex nunc, et de facto sorte
suam Uxorialem Culmensem Bonorum omnium
mobilium, et immobilium, in quacunquè ma-
teria, et forma hîc Varsaviæ, et ubiquè locorum
existentium, se Recognoscentem quôvis Juris
titulô concernentium, verô, purô, perpetuô, et
irrevocabilis Donationis, Causa mortis ſ. quæ
de Jure fit, et fieri solet ſ. titulo hæreditario de-
dit, donavit, misit, inscripsit, et resignavit, pro-
ut actum per præsentem cum omni Jure, domi-
nio, proprietate, propinquitate et hæreditate, ſita
tamen ut præfatus Prósus Maritus post fata sui
Recognoscentis decentem suo corpori sepultura
fieri procuret, et pro anima sua Deum Ter Opti-
mum Maximum exoret, Successoribus suis gradu
proximioribus licet nonnisi hæc sua tota Substan-
tia donata sit per se Recognoscentem acquisita
Summam Duorum Centorum Aureorum Hungari-
calium in decursu unius anni ab actu fatorio
computando exolvat, et enumeret, debita quæ,
et quanta

1047.

et quanta passiva apparuerint, persolvat: / dat, donat, mittit, cedit, inscribit, et resignat in perpetuum, eandemque medietatem suam uxorialem Maritali adjungit, et incorporat ad habendum, tenendum, possidendum, uti fruendum, danď, donandum, vendendum, alienandum, commutandum, resignandum, ing suos, suorumque Successorum meliores, ac commodiores usus convertendum in dvum. Nihil jam abhinc sibi Recognoscenti, et suis quibusvis Successoribus amplius Juris, Dominij, Possessionis, aut cujuspiam praetextûs, et tituli ad suprascriptam medietatem uxorialem praesentibus donatam / praeter advitalem illius usum, quem sibi communem quousque vixerit cum praejato Jnôso Marito suo praemstodit, relinquit, et reservat; / verum id jus suum in Personam suprascripti Jnôsi Joannis Stominski Mariti, illiusq Successorum plenarie transfundit, transfert, et derivat in perpetuum. Hâc suâ recognitione personali admissa mediante, In forma alias Donationis. Causa Mortis de Jure plenissima, et perfectissima Quam manu propria subscripsit. Karolina Stominska mp. Jan Czwordanicz S. J. K. Mci iako Assystent. Quam ejusmodi Donationem sic, ut praemissum factam, et Recognitam Nos ratam, firmam, ac de Jure validam habentes, haberiq

ab omnibus

ab omnibus volentes, eam ad acta præsentia Metrices Regni suscipi, ijsdem inseri, et Partipostulanti in forma authentica extradi permisimus. In quorum fidem etc. Actum ut supra Relatio Illrmi, et Excellmi Dñi Joannis Comitis in Konskie, et Białaczow ā Małachowice Małachowski Supremi Regni Cancellarij Ostrolęcenę, et Buiznioviensę Capitanei.

Sub eodem Actu.

Inscribit J. Stominski Præfectus Metrices Rñi Summam mille Talerorum Imperialium, tum advitalitatem Prōsæ Carolinæ de Mosell Consorti suæ.

Augustus III. etc. Significamus etc. Quòd coram Actis præsentibus Metrices Regni Cancellariæ Nostræ Majoris personaliter comparens Prōsus Joannes Nepomucenus Stominski Metrices Regni Cancellariæ Minoris Præfectus Secretarius Noster, sanus mente, et corpore existens ā Foro, Terris, Districtibus, et Jurisdictione sua quavis propria, et competenti recedendo, præsenti verò Nostræ Regiæ Jurisdictioni se cum Bonis suis, generaliter omnibq subijciendo, et incorporando sponte, palam, libere, ac per expressum recognovit, præsentibusq recognoscit; Quia Ipse Prōsæ Consorti suæ Carolinæ de Mosel amorem ejus semper fidum, et sincerum Conjugalem affectum compensando,

eoque po:

1049. eoq; potissimum attentô, quòd Bonis suis immobilibus ante Matrimonialiter habitis, et ad se importatis Substantiam suam auxit, dictaquè Bona sub Jus Culmense favore sui, ac Liberorũ suorum ex primo Matrimonio progenitorum supposuit, ac constante etiam secum Matrimonio in auctionem de Substantia mobili maxima ex parte sua industria Oeconomica se adjuvit, ex Substantia sua mobili, summisq; paratis quibusvis post fata sui Recognoscentis relictis Summam mille Talerorum Imperialiũ ante exdivisionem pro Successoribus suis faciendam per eam verò pro se, et Successoribus ejus ultra sortem Ipsius Uxorialem levandam, et accipiendam assignat, et inscribit perpetuò, et indouum. Denicq; adritalitatem super Bonis immobilibus omnibus ad se illatis, et constante Matrimonio secum acquisitis quibusvis, seu veriùs medietate illorum suâ maritali Culmensi inscribit, et assecurat, ita ut si ex permissione Divina se Recognoscentem Maritum priùs de hac luce decedere contigerit, tunc Superstes charissima Consors sua Rosa Carolina de Mosell Stominska in ijsdem Bonis omnibus immobilibus permanebit, ex ipsisque omnia emolumenta, et proventus quosvis pro se duntaxat percipiet, ac in usus suos pro congrua Personæ suæ subsistentia convertet ad extrema vitæ suæ tempora, absq; ulla ex parte sui Recognoscentis Successorum

sorum contradictione. Post fata autem Ipsius tunc primum Successores sui Legitimi eadem Bona sui Recognoscentis, ceu hæreditatem propriam adire, ipsaquè inter se dividere tenebuntur. Hâc suâ Recognitione ad præmissa mediante, aliàs in forma Inscriptionis Summa ex mobilibus, et admitalitatis super immobilibus Bonis de Jure plenissima, et perfectissima. Quam Idem Recognoscens manu propriâ subscripsit. Joannes Stomiński Metrices Regni Præfectus S.R. Mttis Secretarius mp. Quam ejusmodi Inscriptionem sic, ut præmissum factam, et recognitam nos ratam, firmam, ac de Jure validam habentes, habericq ab omnibus volentes, eam ad acta præsentia Metrices Regni suscipi, ijsdem inseri, et Parti postulanti authenticè extradi permisimus. In quorum fidem etc. actum et Relatio ut supra.

Actum Varsaviæ Feriâ Tertiâ Ipsâ Die Divisionis SS. Apostolorum, Die scili: cet Decimâ Quintâ Mensis Julij Annô Domini Millesimô, Septingentesimô, Quinquagesimô, Quintô.

Inscribit Serenissima Maria Josepha Princeps Polo: nia Conventui Varsaviens Ordis S. Benedicti ad continua adoratione Sanctissimi Sacramenti Summam Centum Decem Millium Florenq Polonq. Augustus Tertius etc. Significamus etc. Quomodo coram actis præsentibus Metrices Regni Cancellariæ

Nostræ

nostra Majoris personaliter comparens Serenissima Maria Iosepha, Serenissimi olim Constantini Princ: cipis Poloniæ Consors relicta Vidua, sana mente, et corpore existens, á Foro, Terris, Districtibus, et Jurisdictione sua quavis propria, et competenti recedendo, præsenti verò nostræ Regiæ Jurisdictioni se cum Bonis suis generaliter omnibus subjiciendo, et incorporando, sponte, palam, liberè, ac per expressum recognovit, præsentibusque recognoscit; Quia Ipsa Religiosis, ac Deoclicatis Virginibus Priorissa, Subpriorissa, totique Conventui Monialium Varsavien: Ord: S. Benedicti á Continua Adoratione Sanctissimi Sacramenti Summam Centum Decem Millium Florenorum Polon: in aurea moneta, quemlibet aureum Hungaricalem octodecem florenis polonicalibus numerando, et computando in et super Bonis suis generaliter omnibus, ac Summis ubicunque Locorum existentibus, et præsertim in Bonis suis hæreditarijs Pilica, Smolenie, Bethowice cum attinentijs in Palatinatu Cracovien: jacentibus modo certi, justi, realis, simplicisq: debiti, in et pro Festo S. Joannis Baptistæ in Anno Decdante venturo Millesimo, Septingentesimo, Quinquagesimo, Sexto unà cum Provisione per septem á Centum quotannis pendenda inscribit, obligat, et assecurat, eandemq: coram actis Castrensibus Varsavien: enumeraturam, et exoluturam se suis cum Successoribus submittit. Idque sub vadio similis Summæ Centum Decem Millium Floren: Polon: Pro quo citata Eadem Serenissima Recognoscens suis cum Successoribus

cessoribus coram Iudicio Castrensi Varsaviensi respondebit peremptorie. Hâc suâ personali Recognitione ad pramissa mediante. In forma aliàs Inscriptionis debitorea plenissima, et de Jure perfectissima, quam ea: dem Serenissima Recognoscens manu suâ propriâ subscripsit. Maria Jozefa Krolewiczowa Polska. Quam ejusmodi Inscriptionem debitoream sic, ut præmissum factam, Nos ratam, firmam, ac de Jure validam habentes, haberique ab omnibus volentes, eam ad Acta præsentia suscipi, ijsdem inseri, et Parti postulanti authenticè extradi permisimus. In quorum fidem etc. Actum Varsaviæ ut supra. Relatio Illrmi, et Excellmi Dñi Joannis Comitis in Konisko, et Bialaczow á Malachowice Malachowski Supremi Regni Cancellarij Ostrolęcen, et Buczniovien Capitanei.

Actum Varsaviæ Feriâ Secundâ post Festum S. Jacobi Apostoli proxima Die scilicet vigesimâ Octavâ Mensis Julij Anno Domini Millesimo, Septingentesimo, Quinquagesimo, Quinto.

Oblata Privilegij Servitoratûs egregio Nicolai Bibliopolæ Servientis.

Augustus III. etc. Significamus etc. Oblatas esse ad acta præsentia Metrices Regni Cancellariæ Nostræ Majoris Literas Servitoratûs Nostri Egregio Christophoro Gothiebio Nicolai Bibliopolæ, Incolæ Civitatis Varsaviensis per Nos benignissime datâ manu Nostrâ subscriptas et Sigillo

et Sigillô Majoris Cancellariæ Regni communitas, in papyro scriptas, sanas, salvas, et illæsas, omniquè suspitionis notâ carentes tenoris sequentis. Augustus Tertius Dei Gratiâ Rex Poloniæ, Magnus Dux Lithvaniæ, Russiæ, Prussiæ, Masoviæ, Samogitiæ, Kijoviæ, Volhyniæ, Podoliæ, Podlachiæ, Livoniæ, Smolensciæ, Severiæ, Czerniechoviæq; nec non Hæreditarius Dux Saxoniæ, et Princeps Elector. Significamus præsentibus Literis Nostris quorum interest Universis, et singulis. Cum ex antiquo continuo usu, id in Curia Nostra observari solitum esse sciamus ut viri gnari, et multis retè transactis exemplis probati, ad servitia nostra recipiantur; proinde Nos huic mori maximè insistendo Egregium Christophorum Gottliebium Nicolai Bibliopolam Incolam Varsaviens, Virum bonæ famæ, et modestiæ, moribus instructum per certos Consiliarios Nostros optimè commendatum habentes in patrocinium, et protectionem Nostram Regiam assumimus, atq; in numerum realium, et actualium Servitorum Nostrorum Aulicorum cooptamus, et adscribimus præsentibus Literis Nostris, dantes eidem plenariam, et omnimodam potestatem omnibus, et singulis Privilegijs, Libertatibus, et prærogativis, quibus cæteri reales, et actuales Servitores, et Bibliopolæ Nostri fruuntur, gaudent, et utuntur, fruendi, utendi, et liberè gaudendi. Bibliothecam nihilominus ejus, et omnes libros tam compactos, quàm incompactos, eosquè ex extraneis alijs Regionibus advectos, mercesq; ac res quascunq; ex-

ceptîs

ceptîs prohibitîs, de quibus notitiam habere potest:/ in Officina sua Libraria advenum habuerit, liberam, et immunem ab omni cujusvis impetitione faciendo, á vectigali, et á Contributionibus universis, tam publicis, quàm privatis liberum eum pronuntiando, et declarando, Personam ipsiusmet á quorumvis Officiorum Jurisdictionibus, Subsellijs Majoribus, et minoribus Officialium quorumvis tam Regni, quàm Terrestribus, ac Civilibus eximimus, ita ut soli tantùm Jurisdictioni nostræ, in quibuscunq; actionibus, et causis parvis, et magnis:/ fundi Stantium, et Contractûs exceptîs:/ stare, respondere, judicatumque, seu quamcunque executionem pati teneatur. Quòd omnibus quorum interest, præsertim verò Magnificis Regni, et Magni Ducatûs Lithvaniæ Mareschalcis, Officialibus, et Magistratibus tam Castrensi, quàm Civili Varsaviensi, alijsq; quibusvis Personis ad notitiam deducentes, mandamus, ut memoratum Egregium Christophorum Gottliebium Nicolai pro reali, verò, et actuali Bibliopola aulico, ac Servitore Nostro habeant, et agnoscant, omnibus Juribus, Privilegijs, Prærogativis, Immunitatibus, et Libertatibus, tàm supra recensitis, quàm universis alijs, cæteros Nostros Servitores de Legum præscripto et usu concernentibus, liberè uti, frui, permittant, illumque circa præsens Privilegium nostrum inviolabiliter conservent. Pro Gratia Nostra. In quorum fidem præsentes manu Nostrâ subscriptas Sigillôq; Regni

1055. gni communiri mandavimus. Datum Varsaviæ Die XIX. Mensis Septembris Annô Domini MDCCLIV. Regni verò Nostri XXI. Annô. Augustus Rex. Locus Sigilli Majoris Cancellariæ Regni. Servitoratus Eggregio Christophoro Gottliebio Nicolai Bibliopolæ, Incolæ Civitatis Varsaviensis datur. Adalbertus Rakowski Sæ Rae mttis Sigilli Majoris Regni Secretarius mp. á tergo verò earundem Literarū verba sunt hæc. Cancellariatu Illrmi, et Excellmi Domini Joannis Comitis in Konîskie, et Białaczow a Małachowice Małachowski Supremi Regni Cancellarij Ostrołęcen etc. Capitanei Sigillatum. Quas ejusmodi Literas Servitoratûs Nostri sic, ut præmissum oblatas Nos ad acta præsentia Metrices Regni suscipi, ÿsdem inseri, et Parti postulanti authenticè extradi, originale verò rursùs offerenti restitui fide quo recepto Cancellaria Nostra præsentibus quietatur fieri permisimus. In quorum fidem etc. Actum et Relatio ut supra.

Sub eodem Actu.

Oblata Literarum Mgci Supremi Regni Marschalci pro parte Egregii Nicolai datarū. Augustus III. etc. Significamus etc. Oblatas esse ad acta præsentia Metrices Regni Cancellariæ Nostræ Majoris Literas Servitoratûs Egregio Christophoro Nicolai Bibliopolæ, et Incolæ Varsaviensi datas, manu Mgci Franisci Bielinski Supremi Regni Marschalii supscriptas, et Sigillo ejus gentilitio com:

munitas

munitas, sanas, salvas, et illæsas, omniquè suspitionis notâ carentes, tenoris sequentis. Franciscus de Bielin Comes in Otwock Bieliński Supremus Regni Poloniæ Mareschalcus, Primusquè Minister, Jarvolinensis, Osiecensis, Rembkovensis, etc. Capitaneus. Universis, et singulis quorum interest, vel quôvis modô interesse potuerit penes recommendationem pro cujusquè Dignitate, et conditione, tùm obsequiorum, tùm Officiorum Nostrorum notum, testatumquè faimus. Quòd Nos practicato ab avo insistendo usui Jurisdictioni Mareschalcali convenienti, virtute cujus antecessanei Supremi Regni Mareschalci Viros ad obsequia, servitiaquè sua aptos, et idoneos assumere, illosquè libertatibus, ac immunitatibus suis munire consuevere; Eo autè validiori motivo, quò magis ad publicam necessitatem spectat, communis eruditio, quæ ad gloriam, tuitionemq; Patriæ plurimum conducit, adeò ut Regna omnia solo fere consilio eruditorum, et robore armorum consistunt, ad quam autem eruditionem ut variorum Librorum Lectio consequenter facilis eorundem acquisitio singulariter contribuit, faiendum esse duximus, ut præ nobilem Dñum Christophorum Gottlieb Nicolai insignem Bibliopolam de morum probitate, et vitæ honestate ab omnibus notum, et commenda-

tum, ipsoq;

1057.

tum, ipsoquè Longo tempore, quo hìc Varsaviæ subsistit optimè probatum, in numerum realium, et actualium servitorum Nostrorum assumere= mus, cooptaremus, et adscriberemus, uti quidem assumimus, cooptamus, et adscribimus præsentibus Literis Nostris, dando, et concedendo illi plenariam facultatem, et omnimodam potestatem Libros venum exponendi, vendendi, conducendi, Famulos ad obsequium venditionis manutenendi, nec non Juribus, et libertatibus, quibus cæteri Servitores Nostri gaudent, et fruuntur, gaudendi, et fruendi tàm sub præsentia, quàm absen= tia S.ae R.ae Mtis, et Nostra. Eximimus præterea Illum ab omni Jurisdictione cujuscunq; Officij, tàm Castrensis, quàm Civilis in omnibus casibus: Fundi tamen, et Contractûs exceptis: solidumtaxat Jurisdictioni Nostræ Mareschalcali cum subjiciendo. Quòd ad Notitiam omnium præsertim verò Nobilis, et Spectabilium Magistratuum Varsaviens deducendo requirimus, quatenus præfatum Prænobilem Dominum Christophorum Gottlieb Nicolai insignem Bibliopolam provehi, et actuali Servitore Nostro habeant, eumquè Juribus, et Libertatibus præexpressis, et alijs solitis uti, et gaudere permittant, nec á quopiam impediri, aut perturbari sinant multòminùs faciant. In quorum fidem præsentes manu Nostrâ subscriptas Sigillò gentilitio communiri demandavimus. Datum Var=

savie

savia Die Tertiâ Mensis Novembris Annô Domi-
ni 1753. F. Bieliński S. R. M. ℔. Locus Sigilli gen-
tilitij. Adamus Kempski Supremi Mareschalca-
tûs Regni Secretarius mpria. Quas ejusmodi Lite-
ras Servitoratûs sic ut præmissum oblatas Nos
ad acta præsentia Metrices Regni suscipi, ijsde
inseri, et Parti postulanti authenticè extradi, ori-
ginale verò rursus Offerenti restitui / de quo rece-
pto Cancellaria Nostra præsentibus quietatur. / per-
misimus. In quorum fidem &c. Actum Varsavia etc.
Relatio Supremi Regni Cancellarij.

Actum Varsavia Sabbathô in
Vigilia Festi S. Laurentij Marty-
ris, Die scilicet Nonâ Mensis Au-
gusti, Annô Domini Millesimô Se-
ptingentesimô, Quinquagesimô,
Quintô.

Inscribit Summam Duorum Millium Aure-
orum Hungaricalium Mgcus Supremus Re-
gni Thesaurarius Joso Loski Subdapifero
Varsaviens.

Augustus III. etc. Significamus etc. Quomodo coram
Actis præsentibus Metrices Regni Cancellariæ Nostræ
Majoris personaliter comparens Mgcus Carolus
Josephus Comes Odrowąż Sellnicki Supremus
Regni Thesaurarius sanus mente, et corpore exi-
stens, à Foro, Terris, Districtibus, et Jurisdictione
sua quavis propria et competenti recedendo,

præsenti

1059. præsenti verò Nostro Regio Iurisdictioni se cum
Bonis suis generaliter omnibus subijciendo, et
incorporando sponte, palam, libere, ac per expressu
recognovit, præsentibûsque recognoscit. Quia Ipse
Gnôso Adamo Loski Subdapifero Varsaviensi Sum-
mam duorum Millium Aureorum Hungaricali-
um in, et super Bonis suis generaliter omnibg,
Summisque pecuniarijs ubicunque locorum exi-
stentibus modo certi, justi, realis, simplicisque
debiti inscribit, obligat, et assecurat, eandemque
Summam Duorum Millium Aureorum Hun-
garicalium / sine tamen Provisione ab hacce
Summa per Deum â Centum provenienti, quàm
jam præfatus Mgcus Recognoscens usque ad in-
fra præfixum solutionis præfibata Summa Ter-
minum, dicto Gnôso Subdapifero Varsaviensi
prænumeravit, et realiter, ac in effectu exolvit, de
qua persoluta Is Idem Gnôsus Subdapifer Varsa-
viens Magnificum Recognoscentem præsenti-
bus quietat, in et pro Feria Secunda post Festu
S. Stanislai Epp̃i, et Martyris in anno Deodan-
te venturo 1756. coram actis Castrens Varsavi-
ens enumeraturum, et exoluturum se suis cum
Successoribus submittit. Idq̃ sub vadio simili
Summæ Duorum Millium Aureorum Hunga-
ricalium. Pro quo quidem vadio citatus exi-
stens sæpefatus Mgcus Supremus Regni Thesau-
rarius ~~Supremus~~ Regni coram Officio Castrens
Varsaviensi suis cum Successoribus respondebit
peremptorie. Hâc suâ personali Recognitione
ad præmissa mediante. In forma alias Inscriptio-

nis

nis Debitorea plenissima, et de Jure perfectissima. Quam Idem Mgcus Reus cognoscens manu suâ propriâ subscripsit. Carolus Odrowąż Sedlnicki Supremus Regni Thesaurarius. Quam ejusmodi Inscriptionem Debitoream sic ut præmissa factam. Nos ratam, firmam, ac de Jure validam habentes, haberiquè ab omnibus volentes, eam ac acta præsentia Metrices Regni suscipi, ijsdem inseri, et Parti postulanti authenticè extradi permisimus. In quorum fidem etc. Actum ut supra. Relatio Supremi Regni Cancellarij.

Sub eodem Actu.

Josus Karaś Nomine Illris, et Mgci Castellani Crawviens roborat scriptum Jnšo Francisco Rostkowski Serviens.

Augustus III. etc. Significamus etc. Quomodò coram Actis præsentibus Metrices Regni Cancellaria Nostra Majoris personaliter comparens Generosus Casimirus Karaś Pincerna Buscensis Illris Mgci Stanislai Ciołek Poniatowski Castellani Crawviens Capitanei Striensis Actis Castrensibus Capitanealibus Varsaviens Feriâ Quintâ post Festa Solennia Sacri Paschatis proximâ Annô adpræsens currenti Millesimô, Septingentesimô Quinquagesimô, Quinto ad infra peragenda speialiter inscriptus Plenipotens sanus mente, et corpore existens, á Foro, Terris, Districtibus, et Jurisdictione sua quavis propria, et competenti recedendo, præsenti verò Nostro Regiæ Jurisdictioni se

cum

1061. cum Bonis suis generaliter omnibus subijciendo, et incorporando, sponte, palam, libere, ac per expressum recognovit, praesentibusque recognoscit. Quia Ipse scriptum certum in rem, et Personam Generosi Francisci Rostkowski Pincerna Terrae Rozanen. hic Varsaviae Die Duodecimâ Mensis Aprilis Annô praesenti Millesimô, Septingentesimô, Quinquagesimô, Quintô conscriptum, manuque suprascripti Illris, et Magnifici Castellani Cracovien. subscriptum, ac Sigillô Ejus gentilitio in cera rubra Hispanica expresso communitum, vadioq Quinquaginta Quatuor Millium florenorum Polonicalium firmatum, in omnibus ejusdem scripti punctis, clausulis, articulis, nexibus, et conditionibus Nomine praedicti Illris Magnifici sui Principalis approbat, confirmat, roborat, et ratificat, Eundemque Principalem suis cum Successoribus praedicto scripto ad praesens roborato tàm in toto, quàm in quavis minima Parte stare, et satisfacere submittit. Idque sub vadio Quinquaginta Quatuor millium florenorum polonicalium in casu eidem scripto in aliquo puncto contraventionis irremissibiliter succumbendo. Proquo quidem vadio taliter exinde succubito Citatus ad Officium Castrense Varsaviense tenebitur suis cum Successoribus in primo Juris termino peremptorie stare, juri parere, et respondere, Hâc suâ personali Recognitione ad praemissa mediante In forma aliàs Roborationis scripti plenissima, et de Jure perfectissima, quam Idem Gnosius Plenipotens

potens manu suâ propriâ subscripsit. Casimirus Zaraj L. B. tanquam specialis Plenipotens. mp. Quam ejusmodi Roborationem, sic ut præmissum factam Nos ratam, firmam, ac de Jure validam habentes, haberique ab omnibus volentes, eamad acta præsentia Metrices Regni suscipi, ijsdem inseri, et Parti postulanti authentice extradi permisimus. In quorum fidem etc. Actum, et Relatio ut supra.

Actum Varsaviæ Feriâ Secundâ post Festum Assumptionis in Cælum Beatissimæ Virginis Mariæ, proximâ Die scilicet Decimâ Octavâ Mensis Augusti Annô Domini Millesimô, Septingentesimô Quinquagesimô Quintô.

Roborat Scriptum Mgcus Supremus Regni Cancellarius Jo Burdzicki Thesaurario Smolensicia serviens.

Augustus III. etc. Significamus etc. Quomodo coram Actis præsentibus Metrices Regni Cancellariæ Nostræ Majoris personaliter comparens Mgcus Joannes Comes in Konskie, et Białaczow á Małachowice Małachowski Supremus Regni Cancellarius, Ostrolęcen, et Buzniovien Capitaneus sanus mente, et corpore existens, á Foro, Terris, Districtibus, et Jurisdictione sua quavis propria, et competenti recedendo, præsenti verò nostræ Regiæ Jurisdictioni se cum Bonis suis

1063. nis suis generaliter omnibus subijciendo, et incorpo-
rando, sponte, palam, libere, ac per expressum re:
cognovit, praesentibusque recognoscit. Quia Ipse
scriptum certum, Die hesterna Actum praesente
praecedente confectum. Generoso Francisco Bur-
dzicki Thesaurario Smolenscia Aulico Nostro su:
per Summam Millesexcentorum aureorum Hun:
garicalium justi ponderis serviens, per se Reco-
gnoscentem subscriptum, et Sigillô suô gentili-
tio in cera rubra hispanica expresso communi-
tum, vadiôque similis Summa Mille sexcen:
torum Aureorum Hungaricalium vallatum,
in omnibus ejusdem scripti punctis, clausulis,
articulis, nexibus, conditionibus, et ligamentis ap-
probat, confirmat, roborat, et ratificat, eidemque
scripto, tàm in toto, quàm in quavis minima par-
te se suis cum Successoribus satisfacere, illudq
adimplere submittit, praesentibusque declarat,
idque sub vadio similis Summa Mille Sexcen-
torum Aureorum Hungaricalium in casu eid
scripto contraventionis, et in aliquo puncto
non satisfactionis irremissibiliter succumben-
do. Pro quo quidem vadio taliter exinde suc:
cubito citatus existens Is idem Mgcus Re:
cognoscens suis cum Successoribus ad officia
Castrense Varsaviense respondebit peremptorie.
Hâc suâ personali Recognitione ad premis-
sa mediante. In forma aliàs Roborationis scri-
pti plenissima, et de Jure perfectissima. Qua

Idem

Idem Mgcus Recognoscens manu propriâ subscripsit. I. Malachowski S. R. Canc. mp. Quam ejusmodi Roborationem, sic, ut premissum facta, Nos ratam, firmam, et de Jure valida habentes, haberique ab omnibus volentes, eamad acta presentia Metrices Regni suscipi, ijsdem inseri, et Parti postulanti authentice extradi permisimus. In quorum fidem etc. Actum ut supra. Relatio ejusdem Illustrissimi, et Excellentissimi Supremi Regni Cancellarij.

Sub eodem Actu.

Offert I. Lagodzinski Quietationem Mgci Supremi Regni Thesaurarij.

Augustus III. etc. Significamus etc. Quomodo coram Actis presentibus Metrices Regni Cancellaria Nostra Majoris, personaliter comparens Generosus Joannes Lagodziński Thesauri Regni Notarius, obtulit ad Acticandum, actisque presentibus inscribendum Quietationem generalem ex Calculo provenientium perceptarum, et expensarum Thesauri, una cum assecuratione certarum Summarum ultra provenientias emergentium, Eidem Offerenti a Mgco Carolo Odrowąż Comite Sedlnicki Supremo Regni Thesaurario hic Varsaviæ Die vigesimâ Octavâ Mensis Februarij, Annô presenti Millesimô, Septingentesimô, Quinquagesimô, Quintô data, ac manu ejusdem Mgci Supremi Thesaurarij

rij Regni propriâ subscriptam, et sigillô genti-
litiô in cera rubra hispanica expresso com-
munitam tenoris sequentis. Z woli, y dy-
spozycyi moiey Jmć Pan Lagodziński Pi-
sarz Skarbu Koronnego, odebrat kassę Ceł
Rzeczypospolitey á Die 8. Julij 1751. An. y-
ONę trzymaiąc ad Diem 28. Februarij 1755.
An: podat sub Die hodierna Rachunek tey-
że Kassy, ktory z Lustrowawszy, y z truty-
nowawszy, tak co do percepty, iako, y expen-
sy należy, nic takiego w tym rachunku na-
leżycie strutynowanym nieznaydnię co-
by doświadczoney wiernosci, y kredytowi wspo-
mnionego Jmć Pana Lagodzińskiego szkodzić
mogło, owszem całą tę usługę powierzoney so-
bie Kassy Skarbowey tak w zapisowaniu per-
cept z Prowincyi przez ten czas przychodzą-
cych, iako też, y expens wychodzących, ad pu:
blicum, et privatum calculum, wiernie, y su:
miennie wypełnił, y przez ten czas á Die 8vâ
Julij 1751. Anni ad Diem 28. Februarij 1755.
anni odbieraiąc do teyże Kassy Skarbowey
od Jchmciów Panow Superintendentow Sum-
mę razem za ten czas wynoszącą Czerwo=
nych Złotych Pięćdziesiąt sześć Tysięcy, Pięć-
dziesiąt siedm, y moneta Tynfow Pięćdzie-
siąt ieden Tysięcy Pięćset czternascie, Sze:

Lągow Dwa. Dico ✠ 56057. y Tynffow ℔. 51514. gr. 2/3. Y z tych za assygnacyami moiemi, y dokumentami odebranemi wydawszy na rożne ordynaryine, y extraordynaryine expensa Czerwonych Złotych Pięćdziesiąt Sześć Tysięcy Pięćset Siedmdziesiąt, y monetą Tynffow Pięćdziesiąt dwa Tysiące Sześćset Dziewięćdziesiąt Trzy groszy Trzydzieści cztery, y szelągi dwa den, Dico ✠ 56570. y Tynffow ℔. 52693 gr. 34. 1/3. Nad wszystko kwity, Dokumenta oddał, y produkował, y z tego rachunku superatę w expensie ultra provenientiam Percepty, poniosł Czerwonych Złotych Pięćset Trzynaście, y monetą Tynffow Tysiąc sto siedmdziesiąt dziewięć, groszy trzydzieści trzy, y szelągi dwa. Dico ✠ 513. y Tynffow ℔. 1179. gr. 33 2/3. ktorą mu za assygnacyą moią bonifikować, y powrocić powinienem. Z tey tedy kassy Skarbowey za czas wyżey wyrażony wiernie, y sumiennie administrowaney, oraz y dokumentow Expensy do niey należących, tudzież wszelkich Papierow oddanych pomienionego Jmć Pana Łagodzińskiego kwituię, y wolnym czynię, żadney do niego, ani Sukcessorow Jego ex re, et interesse teyże kassy Skarbu Rzpltey Koronę nierezerwuiąc sobie, ani Sukcessorom moim pretensyi niezostawuiąc

1067. zostawuiąc, y nato dlatym większey wiary y wagi własną przy przyciśnieniu Pieczęci moiey podpisuię się ręką. Datum w Warszawie Die 28. Mensis Februarij 1755tô. Annô. Karol Odrowąż Hrabia Sedlnicki P. W. Kor. Mieysce pieczęci na laku czerwonym wycisnioney. Quam ejusmodi Quietationem sic ut præmissum oblatam Nos ad acta præsentia Metrices Regni suscipi, ijsdem inseri, et Parti postulanti authenticè extradi, originale verò rursùs Offerenti restitui permisimus, de quo recepto Cancellaria præsentem quietavit, quietatq; præsentibûs, et pro majori fide manu propriâ se se subscripsit. Joannes Franciscus Lagodziński Th. R. N. mp. In quorum fidem etc. Actum et Relatio ut supra.

Sub eodem Actu.

Oblata manumissionis Privilegÿ Honesto Stanislao Lubowski Servien.

Augustus III. etc. Significamus etc. Oblatas esse ad acta præsentia Metrices Regni Cancellaria nostra Majoris Literas Manumissionis nostra Honesto Stanislao Lubowski in Villa nostra Łąbki progenito, ob rationes intro contentas, datas manu nostra subscriptas, et Sigillô Minoris Cancellaria Regni communitas, in papyro scriptas

ptas

ptas, sanas, salvas, et illæsas, omnique suspitionis notâ carentes, tenoris talis. Augustus Tertius Dei Gratiâ Rex Poloniæ Magnus Dux Lithvaniæ, Russiæ, Prussiæ, Masoviæ, Samogitiæ, Kijoviæ, Volhyniæ, Podoliæ, Podlachiæ, Livoniæ, Smolensciæ, Severiæ, Czerniechoviæq; nec non Hæreditarius Dux Saxoniæ, et Princeps Elector. Significamus præsentibus Literis nostris, quorum interest universis, et singulis. Expositum Nobis esse per certos Consiliarios nostros pro Honesto Stanislao Lubowski; Quomodò Pater illius Honestus olim Lubowski ad Bona Nostra Zabki adveniendo, in ijsdem præfatum Stanislaum procreaverat. Quòcirca supplicatum est Nobis, Nomine præfati Stanislai in dictis Bonis Nostris procreati, quatenus Ipsum de adscriptione præfatorum Bonorum Nostrorum emancipare mus, eliberaremus, et manumitteremus, uti quidem præsentibus Literis Nostris emancipamus, eliberamus, manumittimusque. Decernentes dictum Honestum Stanislaum Lubowski, et ejus Legitimos Liberos Jure perpetuo, et inviolabilis emancipationis gaudere, et ad quævis munera in Civitatibus, Oppidisque nostris, Ipsi, ejusq; posteris liberum aditum patere debere. Quod ad notitiam omnium quorum interest præsertim moderni, et pro tempore existentis Tenutarij suprafatorum Bonorum Nostrorum deducendo, mandamus,

mus, ut eundem Honestum Stanislaum Lubowski, et illius Posteros pro emancipatis habeant, teneat, et agnoscant, nec quôcunq; titulo, vel pratextu eosdem ad Subclitatum ejusmodi sive per se, sive per subordinatás Personas trahere, et molestare audeant. Pro gratia Nostra. In cujus rei fidem præsentes manu Nostrâ subscriptas, Sigil: Lô Regni communiri jussimus. Datum Varsavia Die 11. Mensis Decembris Annô Domini MDCCLIV. Regni verò Nostri XXII. Annô. Manumissio Honesti Stanislai Lubowski. Augustus Rex. Locus Sigilli Minoris Cancellaria Regni. Joannes Kłopowski Canonicus Cathlis Premisliens Scæ R.æ Mtis Sigilli Regni Secretarius. mp. à tergo verò earundem Literarum verba sunt hæc: Pro Cancellariatu Illmi Excellmi, et Rmi Dni Michaëlis Comitis de Granow Wodzicki Decani Cathedralis Cracovien Abbatis Commendatarij Cervenen, et Claro Tumba Pro Cancellarij Regni Sigillatum. Quas ejusmodi Literas manumissionis sic, ut præmissum oblatas, nos ad acta præsentia Metrices Regni suscipi, ijsdem inseri, et Parti postulanti authenticè extradi; originale verò rursus offerenti restitui, f: de quo recepto Cancellaria Nostra quietatur: f: permisimus. In quorum fidem etc. actum et Relatio ut supra. Actum Varsavia Feriâ Sextâ Ipsô Die Festi Decollationis S. Joannis Baptistæ

Baptista Die scilicet Vigesimâ
nonâ Mensis Augusti Annô Do-
mini Millesimô, Septingentesi-
mô, Quinquagesimô, Quintô.

Cedit Serenissima Maria Josepha Princeps
Polonia Conventui Varsaviensi Ordis S. Bene:
dicti â Continua Adoratione Smi Sacramen:
ti de Summa Centum Millium Floren Po:
lon super Bonis Plochocin hærente.

Augustus III. etc. Significamus etc. Quomodo co-
ram actis præsentibus Metrices Regni Cancella-
ria nostra Majoris personaliter comparens Sere:
nissima Maria Josepha, Serenissimi olim Constan-
tini Principis Poloniæ Consors relicta Vidua, sa:
na mente, et corpore existens, â Foro, Terris, Di:
strictibus, et Jurisdictione sua quavis propria,
et competenti recedendo, præsenti verò nostra Re:
gia Jurisdictioni se cum Bonis suis generaliter
omnibus subjiciendo, et incorporando sponte, pa:
lam, liberè, ac per expressum recognovit, præsenti:
busque recognoscit. Quia Ipsa Religiosis, ac Devdi:
catis Monialibus Priorissa, Submoriissa, totique
Conventui Varsavien Ordis S. Benedicti â conti-
nua Adoratione Sanctissimi Sacramenti de Sum-
ma Centum millium Floren Polon current
in Regno moneta super Bonis Plochocin in Pa:
latinatu

1071.

Latinatu Mazovia, Terra Varsaviensi sitis, et ja:
cen, contractu certo obligatorio præfatorum Bono-
rum Plochocin cum attinentijs de actu, et data
ejus Varsavia Die Decimâ Sextâ mensis Julij
Annô præsenti inter Jnosum Alexandrum Bu:
thler Capitaneum Mielnicen recensitorum Bo-
norum Plochocin cum attinentijs Haredem ab
una, et supra recensitam Sermam Recognoscen-
tem per Jnosum Theodorum Kczewski Dapiferum
Braclavien, uti Serma Recognoscentis speciale
ad præmissa inscriptum Plenipotentem parte ab
altera conscripto, et inito, manibusque Partium
subscripto, et actis Castren, Capitanealibus Var-
savien, Feriâ Quintâ. post Festum Divisionis Sancto-
rum apostolorum proximâ Annô nunc curren,
Millesimô, Septingentesimô, Quinquagesimô, Quin-
tô. per easdem Partes roborato, contracta, et ha:
ren. Ipsoque Contractu, et obligatione per eund
Jnosum Alexandrum Buthler Capitaneum
Mielnicen suprascriptorum Bonorum Ptocho-
cin Haredem coram ijsdem actis Castren, Capit
Varsavien sub actu eodem in præinserta Sum-
ma Centum millium Floren, Polon, recogni-
ta, tum parata in præmissa Bona Jntromissio-
ne, et actuali eorundem Bonorum pacifica pos-
sessione, omnibusque memorati Contractûs, et
obligationis nexibus, contentis, et ligamentis cedit,

condescendit,

condescendit, totumquè, et universum Jus suum ex eadem obligatione ad prædicta Bona Płochocin sibi serviens, nihil quidquàm sibi, et Successoribus suis reservando, et præmittendo, ac excipiendo, in Personas memoratarum Religiosarum monialium, totumq earum conventum ob plenariam promissis sibi satisfactionem transfert, et transfundit. Hâc suâ personali Recognitione ad promissa mediante. In forma aliàs Cessionis plenissima, et de Jure perfectissima. Quam eadem Serenissima Recognoscens manu propriâ subscripsit. Maria Jozefa Krolewiczowa Polska. Quam ejusmodi Cessionem, sic, ut præmissum fatam, et recognitam. Nos ratam, firmam, et de Jure validam habentes, haberiquè ab omnibus volentes, eam ad acta præsentia Metrices Regni suscipi, ijsdem inseri, et Parti postulanti authenticè extradi permisimus. In quorum fidem etc. Actum ut supra. Relatio ejusdem Illrmi, et Excellentissimi Dñi Supremi Regni Cancellarij.

Sub eodem Actu.

Cedit eadem Serenissima Maria Josepha Princeps Polonia Conventui Varsaviensi Ord. S. Benedicti à Continua Adoratione Smi Sacramenti de Summa Decem Millium Florenorum Polonę in Curiola Kabatek dicta harente.

Augustus III etc. Significamus etc. Quomodo coram

Actis

1073. actis præsentibus Metrices Regni Cancellaria No-
stra majoris personaliter comparens Serenissima
Maria Josepha, Serenissimî olim Constantini Prin-
cipis Poloniæ Conjux relicta Vidua, sana mente, et
corpore existens, â Foro, Terris, Districtibus, et Juris-
dictione sua quavis propria, et competenti rece-
dendo, præsenti verò nostræ Regiæ Jurisdictioni se
cum Bonis suis generaliter omnibus subjiciendo,
et incorporando sponte, palam, liberè, ac per expressa
recognovit, præsentibusque recognoscit. Quia Ipsa,
Religiosis, ac Deodicatis Monialibus, Priorissæ
Subpriorissæ, totiq̃ Conventui Varsaviensi Ord. S.
Benedicti â continua adoratione Sm̃i Sacramen-
ti de Summa Decem Millium Florenũ Polonica-
lium sibi Recognoscenti per Jnsum. Alexandrũ
Buthler Capitaneum Mielnicen coram actis Ca-
strensibus Varsaviensibus Feriâ Quinta post Fe-
stum Divisionis SS. Apostolorum proximâ an-
nô ad præsens currenti Millesimô, Septingente-
simô, Quinquagesimô, Quintô inscripta, ac super
Curiola Varsavia in Suburbio Cracovien sita ka-
balek nuncupata, assecurata cedit, et condescen-
dit, totumque, et Universum Jus suum ad præ-
libatam Summam Decem Millium Florenũ pa-
tronę sibi serviens, nihil quidquam sibi, et suis Suc-
cessoribus reservando, aut quoquomodo excipien-
do in Personas præassertarum Religiosarum Mo-
nialium, totumq̃ earum Conventum ob plena-

riam

riam sibi in præmissis satisfactionem transfert, et transfundit. Hâc suâ personali Recognitione ad præmissa mediante; In forma alias Cessionis plenissima, et de Jure perfectissima. Quam Eadem Serma Recognoscens manu suâ propriâ subscripsit. Maria Josepa Krolewicowa Polska. Quamejusmodi Cessionem sic, ut præmissum factam, et recognitam Nos ratam, firmam, ac de Jure validam habentes, haberique ab omnibus volentes, eamad acta præsentia Metrices Regni suscipi, ijsdem inseri, et Parti postulanti authenticè extradi permisimus. In quorum fidem etc. Actum, et Relatio ut supra.

Sub eodem Actu.

Quietant Religiosa moniales Varsavienses a Continua Adoratione Smi Sacramenti Sermam Mariam Josepham Principem Poloniæ de Summa Centum Decem Millium Florenæ Polonæ.

Augustus Tertius etc. Significamus etc. Quomodo coram actis præsentibus Metrices Regni Cancellaria Nostra Majoris personaliter comparentes ad Grates Monasterij Religiosa, ac Devotæ Virgines Maria ab Omnibus SS. Priorissa. Maria a S. Scholastica Discreta, et Subpriorissa. Maria ab Assumptione in Cælum Gloriosissimæ Virginis Mariæ, Maria á S. Methildi, Maria á S. Placido Discretæ Maria Magdalena á Jesu Secretaria Capituli, Monia-

ales Ord.

1075. ales Ordinis S. Benedicti à continua Adoratione San-
ctissimi Sacramenti Conventûs Varsavien, in assi-
stentia Rdi Maximi Strachowski Ord. Prædicato-
rum S. Dominicii Confessarij sui, suo, et totius Con-
ventûs sui Varsavien, nomine; pro cujus ratiha-
bitione in forma Juris plenissima cavent: ag en-
tes, sana mentibus, et corporibus existentes, à Foro,
Terris, Districtibus, et Jurisdictionibus suis qui-
busvis proprijs recedendo, præsenti verò Nostræ
Regiæ Jurisdictioni se subijciendo, et incorporando
sponte, palam, liberè, ac per expressum recognove-
runt, præsentibusque recognoscunt. Quia Ipsa Se:
renissimam Mariam Josepham, Serenissimi olim
Constantini Principis Poloniæ Consortem relictam
Viduam, Ejusque Successores jam exnunc, et de
facto tàm de Summa Capitali Centum Decem
Millium Florenorum Polonicorum quàm Provisione per se:
ptem à Centum abhacce Summa sibi Recogno-
scentibus quotannis pendenda, per prædictam
Sermam Mariam Josepham Principem Poloniæ
super Bonis suis generaliter universis, ac Sum-
mis ubicunque locorum existentibus, præsertim
verò in et super Bonis suis hæreditarijs Pilica,
Smolenie, et Bethouice cum attinentijs in Palati-
natu Cracovien sitis, modo certi, realis, simplicis
Debiti hic Varsaviæ coram actis præsentibus Me:
trices Regni Cancellaria Nostra Majoris Feriâ Ter-
tiâ Ipso Die Divisionis SS. Apostolorum Die sci:

licet

licet Decimâ Quintâ Mensis Julij annô ad pra-
sens Currenti Millesimô, Septingentesimô, Quin:
quagesimô Quintô inscripta, et assecurata, ob pre-
stitam sibi Recognoscentibus in præmissis plenari-
am satisfactionem Summaque prainserta Capita:
Lis, et Provisionis realem, et in effectu exolutione,
quietant, absolvunt, et liberam mittunt, Inscriptio-
nemq supra de actu expressam in omnibus ejus pun-
ctis cassant, et annihilant, nihil amplius Juris, pre-
textûs, et cujusvis prætensionis, tàm ad Sermam Ma-
riam Josepham Principem Poloniæ, Ejusquè Succes-
sores, quàm ad præasserta Bona Ejus hæreditaria Pi-
lica, Smolenie, et Bzkouice in Palatinatu Cracovi-
ensi sita, sibi Recognoscentibus, totiquè Conventui
earum ratione præmissorum relinquunt, et præmitto:
diunt, quinimò perpetuum silentium sibi imponunt.
His suis personalibus recognitionibus ad præmissa
mediantibus. In forma aliàs Quietationis plenis-
sima, et de Jure perfectissima. Quam Eædem Reco-
gnoscentes manibus suis propriis subscripserunt.
Siostra Marya Od wszystkich SS. Przeorysza Zako-
nu S. O. B. od ustawiczney adoracyi N. Sakr. Sr
Marie Angelique de Ste Scholastique Souprieure
Sr Marie Catharine de l'assomption Discrette. Sr Ma:
rie Methilde du St Sacrament Discrette. Sr Marie
de Saint Placide Discrette. Sr Marie Madelaine de
Jesus Secretaire du Chajer. Fr Maximus Strachow-
ski Promotor, et Capellanus, et Confessarius à per-

petua

1077. petua Adoratione SS. Sacramenti mp. Quam ejus-
modi Quietationem, sic, ut præmissum fuitam, Nos
ratam, firmam, ac de Jure validam habentes, habe:
riquè ab omnibus volentes, eam ad acta præsentia
metrices Regni suscipi, ijsdem inseri, et Parti po:
stulanti authenticè extradi permisimus. In quorũ
fidem etc. Actum et Relatio ut supra.

Actum Varsaviæ Feriâ Sextâ an:
te Festum Immaculatæ Conceptionis
Beatissimæ Virginis Mariæ proximâ
Die scilicet Quintâ Mensis Decembris
Annô Domini Millesimô, Septingente:
simô, Quinquagesimô, Quintô.

Abrenuntiat Bonis Paternis, et Maternis, tũ
Successionis Deodicata Virgo Susanna Mogil:
nicka Monialis Novitia à Visitatione B.V.M.
Conventus Varsaviensis.

Augustus III. etc. Significamus etc. Quòd cùm ad
humillimam supplicationem Deodicatæ Virginis Su:
sannæ Mogilnicka Monialis Novitiæ Ord.ⁱ Visitatio:
nis Beatissimæ Virginis Mariæ Conventûs Varsavi-
ensis, acta publica, obstante Regulâ dicti Institu-
ti, adire non valentis, apud Nos factam, speciali
Rescripto Nostro ex Cancellaria majori Regni Die
vigesimâ Septimâ Mensis Novembris annô pre-
senti Millesimô, Septingentesimô, Quinquage:
simô, Quintô emanato, Generosos Ignatium Lu:
dovicum Nowicki metrices Majoris, et Joannem
Nepomucenũ

Nepomucenum Stominski minoris Cancellaria
Regni Projectos, et Secretarios Nostros, seu poti-
us unum Illorum pro suscipienda ab Ipsa infra-
scripta abrenuntiationis Inscriptione, deputasemus,
et ut cum actis Ipsam unus Illorum adiret per-
misisemus. Proinde præallegatus Gnôsus Igna:
tius Ludovicus Nowicki Metrices Majoris Can:
cellariæ Regni Projectus, et Secretarius Noster
